restariis eorumque mansis et cum omni integritate, praeter id quod iam concessum erat aut s. Germano Parisiacensi aut cellae Fossatis in Parisiago aut monasterio s. Benedicti Floriacensi aut ecclesiae s. Mariae Carnotensi aut monasterio Argentogelensi aut ecclesiae s. Petri Pectavensi. — ‚Omnibus agentibus... optabilem esse oportet'.

In monasterio s. Dyonisii, sept. a. 17.

Apographum saec. 9 incip. in arch. Parisiensi quod plerumque pro autographo habetur.

Ex hoc apographo: Tardif 51 n° 62. — Félibien 30 n° 45. — Bouquet 5, 707 n° 16. — Specimen scripturae in Nouv. traité de dipl. planche 92. — Bréquigny ad 768.

768, 23 sept.

29* P. inspectis priorum regum praeceptionibus integram emunitatem, quam antecessores sui basilicae s. Dionysii concesserunt et quam Fulradus abbas inviolabiliter conservatam esse asserebat, iterum ei concedit et confirmat. — ‚Incipientia regni nostri.... ergo oportet climentiae'.

In monasterio s. Dionysii, 9 kal. oct. a. 17.

Apogr. saec. 9 incip. in arch. Parisiensi quod plerumque pro autographo habetur.

Ex eodem apographo: Tardif 50 n° 61. — Doublet 700. — Félibien 31 n° 46 = Bouquet 5, 709 n° 18. — Ectypon in Facsim. de l'École des chartes = Kopp Schrifttafeln n° 4. — Bréquigny ad 768. — Böhmer 26 ad 768.

768, 23 sept.

30 P. Folrado abbati et congregationi s. Dionysii privilegium ecclesiasticum, quod olim a pontificibus Parisiorum ipsi basilicae concessum et una cum confirmationibus anteriorum regum in manibus abbatis conservatum erat, per suam praeceptionem confirmat eique licentiam liberae abbatum electionis inserit. — ‚Incipientia regni nostri... ergo oportet clementiam'.

In monast. s. Dionysii, 9 kal. oct. a. 17.

Chartul. saec. 13 exeuntis in arch. Parisiensi.

Doublet 701 ex hoc chartul. = Bouquet 5, 710 n° 19. — Böhmer 25 ad 768.

768, 23 sept.

31 P. capellano suo et archipresbytero Fulrado omnes res, quas Wido in pago Alsacensi et in Mordenaugia abbati delegaverat atque quas Fulradus primo in infirmitate sua regi tradiderat et deinde a rege retraditas accepit, id est Ghermari, Audaldovillare, Ansulfishaim, Suntof, Grucinhaim, Ratbertovillare et res a

Digitized by Google

Widone per precariam Fulradi possessas, per suam praeceptionem confirmat simulque abbati firmissimam potestatem concedit faciendi quidquid voluerit de his rebus. — ‚Omnibus episcopis... et quia per dei misericordiam'.

In monasterio s. Dionisii, 9 kal. oct. a. 17.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Tardif 49 n° 60. — Mabillon dipl. 495 n° 47 ad 767 = Bouquet 5, 708 n° 17 ad 768. — Félibien 30 n° 44. — Grandidier 2, preuves 99 n° 58, vitiose. — Specimen script. in Mabillon l. c. 386. — — Bréquigny ad 768. — Böhmer 27 ad 768.

[755—768.]

32 P. encyclica de letaniis faciendis; exemplar ad Lullum episcopum inscriptum. — ‚Domino sancto patri Lullo'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 32 ad 765. — Baluze capit. 1, 185 ad 764 = Bouquet 5, 644. — Bréquigny ad 760.

[— 768.]

33* P. monasterio Corbeiensi in pago Ambianensi a Clothario rege et Balthechildi regina constructo emunitatis beneficium confirmat, quod ei praeceptionibus Childerici, Theoderici, Chlodovei, Childeberti et Dagoberti a Leodegario abbate regi oblatis concessum et huc usque conservatum est. — ‚Si ea quae ab anteriorum regum'.

S. a. d. l.

Copia saec. 14 in codice bibl. Parisiensis Corbie 19.

Beiträge zur Diplomatik 5, 389 n° 1 ex hoc codice.

[— 768.]

34* P. ob petitionem ab Alberto abbate missam monasterium Epternacum, quod s. Willibrordus in pago Bedensi super fluvium Suram in honorem s. trinitatis et s. Petri suo opere aedificavit et in quo ipse sanctus requiescit, in tuitionis suae sermonem suscipit eique beneficium emunitatis ab antecessoribus indultum et huc usque conservatum confirmat. — ‚Si peticionibus servorum vel ancillarum dei'.

S. a. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.

Beitr. zur Diplomatik 5, 390 n° 2 ex hoc codice.

[— 768.]

35* P. ob suggestionem Eremberti ecclesiae Wormatiensis sive Wangionensis episcopi, inspecta Dagoberti regis praeceptione,

Digitized by Google

basilicae ss. Petri et Pauli immunitatem a Dagoberto indultam sua auctoritate confirmat. — ‚[Si] factum antecessorum nostrorum'.
S. a. d. l.
Chartul. Wormatiense saec. 12 in arch. Hannoverano, mendose.

[— 768.]

36* P. capitulare incerti anni. — ‚Si homo incestum commiserit'.
S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 30. — Baluze capit. 1, 177: capit. Metense a. 756 = Bouquet 5, 642. — Bréquigny ad 756.

Digitized by Google

ACTA CAROLOMANNI REGIS.

769, ian.

1 C. propter suggestionem a Fulrado abbate basilicae s. Dionisii et capellano regis missam, inspectis praeceptionibus sibi oblatis per quas priores reges eidem monasterio omnia telonea occasione mercatus in festivitate s. Dionisii instituti intra pagum Parisiagum a mercatoribus solvenda concesserant, relectis quoque iudiciis evindicatis per quae Childebertus rex, Grimoaldus maior domus et Pippinus rex monasterio tale beneficium confirmaverant, iterum per suam confirmationem concedit, ut nulla in posterum iudiciaria potestas hac occasione neque quatuor denarios a Sonachildi et Guairfrido mercatoribus iniuste impositos neque ullam aliam exactionem exigat, sed ut quaecunque telonea ibidem solvenda sint, ipsi casae dei proficiant. — ‚Omnibus episcopis... igitur cognoscat utilitas'.

Salmunciago pal. publ., ian. a. 1.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Ex autographo: Tardif 53 n° 64. — Félibien 32 n° 48. — Mabillon dipl. 496 n° 48 = Bouquet 5, 713 n° 2. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 28 ad 769.

769, ian.

2 C. inspectis Pippini priorumque regum praeceptionibus integram emunitatem, quam antecessores sui basilicae s. Dionisii cuius corpus ibidem requiescit concesserunt et quam Fulradus abbas huc usque inviolabiliter conservatam esse asserebat, iterum ei concedit et confirmat. — ‚Incipientia regni nostri... ergo oportit climenciae'.

Salmunciago pal. publ., ian. a. 1.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Kröber in Bibl. de l'École des chartes 4ᵉ série, 2, 348 ex autogr. — Ectypon in Kopp Schrifttafeln n° 5 = Facsim. de l'Éc. des chartes.

Digitized by Google

769, 22 mart.

3* C. Warinum comitem edocet, se Restoino abbati monasterioli inter duas Fachinas constructi beneficii nomine concessisse, ut quicquid de hominibus fisci iuxta Aufoldus siti emerit vel alio modo acquisiverit, sub emunitatis titulo quieto ordine possideat. — ‚Warinus comes. Illud nobis ad stabilitatem'.

Attiniago pal. publ., 11 kal. apr. a. 1.

Autogr. in arch. Colmariensi.
Schöpflin 1, 42 n° 39 ex autogr., cum ectypo. — Bouquet 5, 715 n° 5 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 29 ad 769.

769, mart.

4 C. cessiones Pipini et superiorum regum sibi delatas a Fulrado abbate monasterii s. Dionisii, cuius corpus ibi requiescit, confirmans denuo concedit et iubet, ut nullum teloneum neque ab hominibus monasterii in quibuscumque regnorum pagis negotiantibus neque ab aliis hominibus negotiandi causa ad villas monasterii convenientibus exigatur. — ‚Omnibus fidelibus ... cognoscat magnitudo'.

Attiniaco pal. publ., mart. a. 1.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Kröber l. c. 349 ex aut. — Tardif 54 n° 66 ex aut. — Specimen script. in Mabillon dipl. 387. — Böhmer 30 ad 769.

769, oct.

5* C. petenti Asinario abbati concedit, ut ab hominibus monasterii s. Petri Novalicensis nullum teloneum neque de eorum negotiis neque de ovibus eorum pastum conductis exigatur. — ‚Omnibus episcopis... illud enim ad stabilitatem'.

Cadmoniaco pal. publ., oct. a. 1.

Autogr. in arch. Taurinensi.
Ex autographo: Muratori antiqu. 2, 19. — Mon. hist. patriae 1, 20 n° 10 ad 768. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 31 ad 769.

[768—769.]

6 C. ob petitionem ab Adeberto abbate missam monasterium Epternacense, quod s. Willibrordus in pago Bedensi super fluvium Suram in honorem s. trinitatis et s. Petri suo opere aedificavit et in quo ipse sanctus requiescit, in tuitionis suae sermonem suscipit eique beneficium emunitatis ab antecessoribus indultum et huc usque conservatum confirmat. — ‚Si peticionibus sacerdotum vel ancillarum dei'.

Digitized by Google

A. 1; s. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13. incip. in bibl. Gothana.
Beitr. zur Diplomatik 5, 392 n° 3 ex hoc codice.

769, nov.

7 C. monasterio Argentoialo, inspectis superiorum regum praeceptis sibi ab Ailina abbatissa oblatis, integram emunitatem confirmat. — ‚Decet enim regalis clementie'.

Pontione pal. publ., nov. a. 2.

Bouquet 5, 718 n° 9 ex autographo quod in arch. Versallense translatum, post a. 1820 non amplius comparuit. — Specimen script. in Nouv. traité de dipl. planche 92. — Bréquigny ad 770. — Böhmer 32 ad 769.

770, mart.

8 C. ob petitionem Stephani abbatis monasterio s. Michaelis in insula Rheni Hohenaugiae vocato immunitatis beneficium indulget. — ‚Omnibus episcopis ... cognoscatis quod maximum regni nostri'.

Theudone villa pal. publ., mart. a. 2.

Grandidier 2, preuves 101 n° 59 ex libro iurium s. Petri sen. a. 1655. — Schöpflin 1, 43 n° 41 ex cod. s. Petri saec. 15. — Mabillon ann. 2, 698 n° 13 ex chartul. saec. 11 = Bouquet 5, 720 n° 12 = Migne 1, 919 n° 7. — Bréquigny ad 770. — Böhmer 33 ad 770.

770, 6 mai.

9* C., petente Isenhardo abbate, monasterio Noviento ab Adalrico sive Athico duce eiusque coniuge Bersvinda in pago Alsaciensi super Illam in eorum proprietate ad honorem ss. Petri, Pauli, Mauricii constructo privilegia Pippini atque anteriorum regum confirmat eique immunitatem concedit. — ‚Et quia scriptura teste'.

Bruocmagad pal. publ., 2 non. mai. a. 2.

Charta interpolata.
Grandidier 2, preuves 102 a° 60 ex chartul. Tabernensi. — Böhmer 34 ad 770.

770, mai.

10* C. cui Chrodoinus comes palatii retulit, actores regios silvam intra vastam Ardennam in centena Belslango in loco Benezvelt sitam malo ordine occupasse, quam superiores reges genealogiae comitis concessissent et Pippinus rex ipsi comiti eiusque gamaladionibus per vestituram confirmasset, cessionibus regum sibi oblatis et veracium hominum testimoniis de iure legitimo comitis edoctus, ei eiusque gamaladionibus hanc silvam cum vena

Digitized by Google

circumdata reddit simulque praecipit, ut ipsi eorumque posteri praedictam silvam evindicatam atque elitigatam possideant. — ‚Regalem quidem exercemus clementiam'.

Brocmagad pal. publ., mai. a. 2.

Charta corrupta in libro aur. Prum. saec. 12 bibl. Trevirensis.

Ex hoc libro: Martène ampl. coll. 1, 32 = Hontheim 1, 130 n° 49 = Gallia christ. 13, instr. 301 n° 13. — Beyer 1, 26 n° 22. — Bréquigny ad 770. — Böhmer 35 ad 770.

770, [26] iun.

11* C. ob petitionem ab Asinario abbate missam monasterio Novalicio, quod Abbo probante Valcuno episcopo in valle Sigusina in proprietate sua ad honorem ss. Petri et Pauli construxerat, vel monachis ibidem secundum regulam s. Benedicti congregatis privilegium iam praecepto Pippini sancitum atque ius electionis confirmat simulque eis emunitatem concedit. — ‚Oportet enim clementie regale'.

Neum[a]go pal. publ., [26] iun. a. 2.

Copia vitiata saec. 17 in arch. Taurinensi.

Muratori antiqu. 2. 19 ex apographo. — Mon. hist. patriae 1, 56 n° 34 ex copia s. 17 ad 878. — Bréquigny ad 770. — Böhmer 36 ad 770, 20 iun.

771, dec.

12 C. monasterio s. Dionysii, qui ibidem cum sociis suis humatus est, villas Faberolas in pago Madriacensi et Noronte in pago Carnotino sitas, quas iam Pippinus per Carolomanni manus eidem delegaverat, cum omni integritate, sicuti Audegarius vassus regis eas possederat, donat et in perpetuum concedit. — ‚Et quia monente scriptura ita oporteat'.

Salmunciago pal. publ., dec. a. 4.

Mabillon dipl. 645 n° 7*: transcripsit Ruinart ex autographo penes ducem Caprosiae existente = Bouquet 5, 721 n° 14 = Migne 1, 920 n° 8. — Bréquigny ad 771. — Böhmer 37 ad 771.

[— 771, dec.]

13* C. ob petitionem a Gundoaldo abbate missam monasterio Grandevalli s. Mariae dicato ecclesiisque ei subiectis, cellae Verteme in honorem s. Pauli constructae atque ecclesiae s. Urcisini integram emunitatem a Pipino eiusque antecessoribus concessam iterum concedit. — ‚Notum sit... quoties recta petitio'.

S. a. d. l.

Vidimus in arch. Brunnendrutensi.

Trouillat 1, 78 n° 41 ex vidim. — Labbe éloges hist. 450 = Le Cointe 5, 745 = Bouquet 5, 716 n° 6. — Schöpflin 1, 43 n° 40 ex autogr. praepositurae Grandisvall. — Bréquigny ad 769.

Digitized by Google

ACTA KAROLI REGIS.

769, 13 ian.

1 **K.** Follerado abbati vel casae s. Dyonisii, in qua s. martyr et Pippinus requiescunt et quam sibi ipsi sepulturae locum eligit, monasteriolum s. Deodati in Vosago silva situm, quod Pippinus rex in sua vestitura tenuerat, ea condicione donat, ut decem aut quindecim fratres continuas ibidem precationes pro rege eiusque patre faciant. — ‚Quicquid enim ad loca ecclesiarum'.

Aquis pal. publ., id. ian. a. 1.

Apographum eodem fere tempore instar autographi confectum in arch. Parisiensi.

Ex hoc apogr. quod autographum esse credebant: Tardif 52 n° 63. — Félibien 32 n° 47 = Bouquet 5, 712 n° 1 = Migne 1, 914 n° 2. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 38 ad 769.

769, 1 mart.

2 K., petente Gregorio [episcopo], prolatam sibi Pippini regis confirmationem renovans ecclesiae s. Martini in vico Traiecto super Rhenum constructae denuo confirmat decimam, quam iam antecessores Pippinus anterior, Karolus et Karolomannus ei condonaverant, partem omnium censuum ex mancipiis, terris, teloneis, negotiis quos fiscus sperare possit. — ‚Si petitionibus sacerdotum in omnibus'.

Aquis pal. publ., kal. mart. a. 1.

Chartul. Traiect. saec. 11 in mus. Britannico et alterum saec. 14 in arch. Hannoverano.

Heda 39 = Le Cointe 5, 750 = Mieris 1, 6 = Migne 1, 1047 n° 1. — Bréquigny ad 770.

769, 16 mart.

3 K. monasterio Corbeiensi in pago Ambianensi a Clothario rege et Balthechildi regina constructo emunitatis beneficium confirmat, quod ei praeceptionibus Childerici, Theoderici, Chlodovei,

Digitized by Google

Childeberti, Dagoberti, Pippini ab Hadone abbate regi oblatis concessum et huc usque conservatum erat. — ‚Si ea quae ab anteriorum regum.'

Audriaca villa, 17 kal. apr. a. 1.

Codex Corbie 18ᵉ saec. 11 incip. in bibl. Parisiensi.

Martène ampl. coll. 1, 31 ex arch. monasterii = Bouquet 5, 715 n° 4 = Migne 1, 915 n° 3. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 40 ad 769.

769, mai.

4* K., petentibus Guntharo rectore et clericis monasterii s. Albini Andecavis prope muros constructi, canonicis eiusdem ecclesiae villas a Pipino prioribusque regibus deputatas Maironnum, Clementiniacum, Papirium, Prunarium, Sabiacum, Multonacum et monasteriolum et certam piscationem denuo confirmat et centum modios salis singulis annis ex villa Vistiniaco dandos concedit simulque constituit, ut numerus fratrum quinquagenarium nunquam excedat. — ‚Omnibus nostris... igitur magnificus'.

Murnaco, mai. a. 1.

Chartul. s. Albini saec. 11—12.

Bouquet 5, 717 n° 7 ex schedis Mabill. = Migne 1, 916 n° 4. — Gallia christ. (1ª ed.) 4, 24 ex chartul. = Le Cointe 5, 740. — Gallia christ. (2ª ed.) 14, instr. 143 n° 1 ex schedis Baluzii. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 41 ad 769.

769, iul.

5* K. ob suggestionem Hardradi abbatis, inspectis priorum regum praeceptionibus, monasterio Sithiu in pago Tervanensi in honorem s. Mariae et ss. Petri et Pauli constructo immunitatem ab antecessoribus indultam et huc usque conservatam sua auctoritate confirmat. — ‚Si facta antecessorum nostrorum'.

Andiaco, iul. a. 1.

Copia chartul. Folquini saec. 12 in bibl. Bononiensi.

Mabillon dipl. 610 n° 198 ex chartul. autogr. Folquini = Bouquet 5, 717 n° 8 = Migne 1, 917 n° 5. — Cartul. de S. Bertin 57 n° 37 ex copia saec. 12. — Bréquigny ad 769. — Böhmer 42 ad 769.

770, mart.

6* K. ob suggestionem Maurioli Andecavensis episcopi et custodis ecclesiae s. Mauritii, ad augenda s. Mauritii luminaria, monasteriolo s. Stephani in suburbio civitatis sito atque ab anterioribus regibus episcopali ecclesiae donato emunitatis beneficium concedit. — ‚Omnibus agentibus... tunc nostra celsitudo'.

Aristalio pal. publ., mart. a. 2.

Copia in collect. Housseau bibl. Parisiensis.

Digitized by Google

Gallia christ. (1ª ed.) 2, 151 ex tabulario ecclesiae = Le Cointe 5, 750. — Bouquet 5, 719 nº 11 = Migne 1, 918 nº 6. — Bréquigny ad 770. — Böhmer 44 ad 770.

[769—800.]

7* K. capitulare generale. — ‚Hortatu omnium fidelium'.
S. a. d. l.
Baluze capit. 1, 189 ad 769 = Bouquet 5, 645 = Pertz LL. 1, 33 ad 769—771 = Migne 1, 121. — Bréquigny ad 769.

[771, ante oct.]

Valentianis a. 3 : v. act. deperd. Anisolense.

772, 13 ian.

8 K. monasterio Vivario-peregrinorum super fluvium Morbach in pago Alsacensi ab Ebroardo fundato et ss. Leodegario, Petro et Mariae dedicato, inspectis priorum regum praeceptionibus quas Haribertus abbas regi obtulit, emunitatis beneficium ab antecessoribus indultum et huc usque conservatum per suam auctoritatem confirmat. — ‚Principale quidem clementiae'.
Blanciaco pal., id. ian. a. 4.
Autogr. in arch. Colmariensi.
Schöpflin 1, 44 nº 43 ex chartul. = Migne 1, 925 nº 12. — Lünig 19, 955 nº 7. — Martène thes. anecd. 1, 10 ex chartul. — Ectypon in Schöpflin l. c. tab. 7 = Kopp Schrifttafeln nº 6. — Bréquigny ad 771. — Böhmer 45 ad 772.

772 [mart.]

9* K. ob petitionem Weomadi episcopi, qui sibi Pippini antecessorumque praeceptiones obtulit, ecclesiis s. Petri et s. Maximini in urbe Treverica beneficium integrae emunitatis inde ab antiquis temporibus indultum et perenniter conservatum per suam auctoritatem, in qua immunitatis iura fusius et uberius exponuntur, denuo concedit et confirmat. — ‚Apostolicis, ducibus... illud ad augmentum'.
Theodono villa pal. publice, ... kal. apr. a. 4.
Balduineum saec. 14 in arch. Confluentino.
Beyer 1, 28 nº 24 ex Bald.

[772, mart.]

10* K. ad quem Gundelandus monasterii Laureshamensis, in quo s. Nazarius requiescit, abbas retulit, Heimericum sibi praedictum monasterium, quippe quo a Cancore patre vestitus esset, vindicare, cum abbas per oblatam chartam probasset, monasterium a

Digitized by Google

Williswinda eiusque filio Cancore Rudgango archiepiscopo traditum esse, Heimerico quoque de re vindicata per festucam decedente, ex sententia fidelium suorum iudicat, ut abbas monasterium in omne tempus evindicatum habeat. — ‚Veniens ad nos Haristellio'.

Haristellio pal.; s. a. d.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.

Ex chartulario: Cod. Laur. dipl. 1, 9 n° 3 ad 776. — Freher script. 1, 59 = Le Cointe 6, 111 = Helwich 1, 12 = Migne 1, 1048 n° 2. — Bréquigny ad 776.

[772] 11 apr.

11* K. monasterio Fossato in pago Parisiaco super Maternam in honorem s. Petri et s. Mariae constructo emunitatis beneficium ex praecepto Pippini ab Herlafredo abbate regi oblato concessum et huc usque conservatum sua auctoritate confirmat. — ‚Se illa beneficia quod parentis nostri'.

Warmacia civ. poblici, 11 apr. a. 3.

Apographum eodem fere tempore exaratum in arch. Parisiensi.

Tardif 56 n° 69 ex apogr. quod pro autogr. habet, ad 771.

772, mai.

12 K. monasterio Lauresham vocato, in pago Rhenensi super Wisgoz fluvium in honorem ss. Petri et Pauli constructo, in quo s. Nazarius requiescit et cui Gundelandus abbas praeest, integram immunitatem concedit. — ‚Cum recta petitio sacerdotum'.

Theodone villa pal. publ., mai. a. 4.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.

Ex chartulario: Cod. Laur. dipl. 1, 13 n° 5. — Freher script. 1, 60 = Le Cointe 6, 2 = Helwich 1, 13 = Migne 1, 1059 n° 12. — Bréquigny ad 772. — Böhmer 46 ad 772.

772, mai.

13* K. Hermengaudo episcopo sive abbati atque congregationi monasterii Castellionis olim a Volfaudo et Adalsina coniugibus in eorum proprietate in pago Virdunensi in Vindemiaca fine, ubi Marsupia fluvius consurgit, ad honorem s. Michaelis constructi integram immunitatem absque introitu iudicum aut pontificum iam a Pippino indultam denuo concedit. — ‚Tunc regalis celsitudo'.

[Drippione] pal. reg., mai. a. 4.

Chronicon et chartul. s. Michaelis saec. 11 in bibl. Parisiensi.

Mabillon analecta 354 ex chron. = Le Cointe 7, 43 = Bouquet 5, 722 n° 16 = Migne 1, 921 n° 9. — Bréquigny ad 772. — Böhmer 47 ad 772.

Digitized by Google

772, 5 iul.

14* K. Arnaldum presbyterum cum omnibus eius rebus et hominibus in suum mundeburdium recipit. — ‚Omnibus fidelibus... rectum est regalis potestas'.

Broc... pal., 3 non. iul. a. 4.

Autogr. in arch. Sangallensi.
Wartmann 1, 64 n° 65 ex autogr. — Cod. trad. s. Galli 38 n° 65.

[771 dec. — 772 oct.]

15 K. ob petitionem Adeberti abbatis monasterium Epternacense, quod s. Willibrordus in pago Bedensi super fluvium Suram in honorem s. trinitatis et s. Petri suo opere aedificavit et in quo ipse sanctus requiescit, in tuitionis suae sermonem suscipit eique beneficium emunitatis ab antecessoribus indultum et huc usque conservatum confirmat. — ‚Si peticionibus sacerdotum vel ancillarum dei'.

A. 4; s. d. l.

Liber aur. Epternac. saec. 13 incip. in bibl. Gothana.
Beitr. zur Diplomatik 5, 393 n° 4 ex hoc codice.

772, 20 oct.

16* K. Lantfredo abbati basilicae ss. Vincentii et Germani prope Parisios constructae [emunitatis] praeceptum concedit. — ‚Regalis serenitas semper ea instruere debet'.

Heristalio pal. publ., 13 kal. nov. a. 5.

Apographum saec. 9 incip. instar autogr. confectum in arch. Paris.
Ex apographo quod pro autogr. habebant: Tardif 57 n° 70. — Bouillart 11 n° 11. = Bouquet 5, 722 n° 17 = Migne 1, 922 n° 10. — Specimen script. in Mabillon dipl. 387. — Bréquigny ad 772. — Böhmer 49 ad 772.

[772] 3 nov.

17* K. cum optimatibus in Longlario villa in iudicio residens, postquam Sinleus a Sturmio monasterii Fuldensis, in quo s. Bonifacius requiescit, abbate de iniusta detentione aliquarum rerum in loco Autmondistat, quem Pippinus monasterio cum omni integritate donavit, interpellatus ipsas res restituit et proiecta festuca se non amplius eas revindicaturum esse promisit, iudicat et iubet, ut accepto sufficiente vadio abbas easdem res monasterio traditas quiete possideat. — ‚Cum nos in dei nomine Longlario'.

Longlarii villa, 3 nov. a. 4.

Schannat hist. 2, 79 n° 5 ex veteri apogr. ad autogr. confecto. — Böhmer 50 ad 772. — Conf. Dronke 26 n° 41.

Digitized by Google

[772, mai. — 773 ian.]

18 K. monasterium Lauresham vocatum, quod Ruthgangus episcopus a Williswinda et Cancrino acceperat, corpore s. Nazarii dotaverat et heredi suo Gundelando abbati reliquerat, Gundelandus vero in manu regis tradidit eiusque defensioni commendavit, in suum heredumque mundeburdium suscipit, a potestate episcoporum eximit monachisque ius electionis concedit. — ‚Omnibus episcopis... quicquid pro oportunitate'.

S. a. d. l.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.
Ex chartulario: Cod. Laur. dipl. 1, 10 n° 4. — Freher script. 1, 59 = Le Cointe 6, 112 = Helwich 1, 12 = Migne 1, 1055 n° 9. — Bréquigny ad 776.

773, 20 ian.

19 K. monasterio suo Lauresham vocato, in quo s. Nazarius requiescit et cui Gundelandus abbas praeest, villam Hephenheim in pago Renensi in perpetuum sub emunitatis nomine possidendam donat. — ‚Omnibus fidelibus... quicquid enim locis'.

Longolare pal., 13 kal. febr. a. 5.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.
Cod. Laur. dipl. 1, 15 n° 6 ex chartulario. — Böhmer 51 ad 773.

773, 7 mart.

20* K., petente Eddone ecclesiae Strazburgensis s. Mariae dicatae episcopo, huic ecclesiae locellum Stillam inde ab antiquis temporibus ex confirmationibus regum possessum, cuius termini hic describuntur, iterum concedit atque confirmat. — ‚Illud nobis ad stabilitatem regni'.

Theodone villa pal. publ., non. mart. a. 5.

Grandidier 2, preuves 106 n° 63 ex apogr. tabularii episcopalis = Migne 1, 926 n° 13. — Böhmer 52 ad 773.

773, 25 mart.

21 K. ob petitionem Frodoeni abbatis monasterio ab Abbone in valle Segusina in loco Novalicio ad honorem ss. Petri et Andreae constructo immunitatis beneficium indulget. — ‚Homnibus fidelibus nostris, cognoscatis maximum regni nostri'.

Carisiaco pal. publ., 8 kal. apr. a. 5.

Apographum saec. 11 instar autographi exaratum in arch. Taurinensi. Mon. hist. patriae 1, 21 n° 11 ex eodem apogr. pro autographo habito. — Muratori antiqu. 5, 967 = Migne 1, 997 n° 1. — Böhmer 53 ad 773.

Digitized by Google

774, 19 febr.

22 K. duabus suis auctoritatibus confirmat ostensas sibi commutationes pari tenore scriptas inter Meroldum Cenomannis urbis episcopum et Rabigaudum Anisolensis monasterii abbatem factas, per quas episcopus ex rebus s. Gervasii abbati ad partem s. Carilefi villam Sabonarias a Senardo in pago Cenomannico in condita Labrocensi constructam dedit et invicem ab eo villas Curtebosane et Monteebretramno vocatas in eodem pago in condita Siliacensi sitas accepit. — ‚Si hoc quod rectores'.

Papia civ. publice, 11 kal. mart. a. 6.

Martène ampl. coll. 1, 35 ex chartul. Anisol. ad 773 = Bouquet 5, 723 n° 18 ad 774 = Migne 1, 930 n° 16. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 55 ad 774.

774, 6 apr.

Romae: v. act. deperd. eccl. Romanae.

[772—774, mai.]

23* K. ob petitionem Theomari Gorziae monasterii abbatis, oblatum sibi privilegium confirmat, in publica synodo ab episcopis subscriptum et huc usque conservatum, per quod consentiente Pippino rege Chrodegangus Metensis archiepiscopus hoc monasterium in honorem ss. Petri et Pauli aedificavit et dotavit ibique monachos secundum regulam s. Benedicti instituit. — ‚Omnibus episcopis ... si petitiones sacerdotum'.

S. a. d. l.

Chartul. Gorziense saec. 12 in bibl. Mettensi.

Meurisse 183 ex apographo = Bouquet 5, 714 n° 3. — Calmet 2, preuves 107 = Migne 1, 913 n° 1. — Gallia christ. 13, instr. 377 n° 7 ex chartul. Gorz. c. a. 770. — Bréquigny ad 769.

[772—774, mai.]

24 K. iubet ut ecclesiae Scotorum in Honaugia insula omnes res ei invito Beato abbate ereptae restituantur, simulque iudicibus terrae mandat, ut si quae res peregrinorum Scotorum retineantur, cum eae perinde atque regiae habendae sint, eas secundum legem Francorum quaerant. — ‚Commendat omnibus'.

S. a. d. l.

Grandidier 2, preuves 108 n° 64 ex libro iur. s. Petri sen. a. 1655 = Migne 1, 927 n° 14. — Mabillon ann. 2, 699 n° 17 ex chartul. saec. 11 = Eccard origines familiae Habsburgo-Austriacae (Lipsiae 1721) 105 n° 12.

[772—774, mai.]

25* K. ob petitionem a Constantio venerabili territorii Raetiarum rectore missam, ipsum eiusque successores a plebe permissu

Digitized by Google

regis eligendos atque totum patriae populum, dum sibi fideles sint, in suum mundoburdum suscipit eisque legem ac consuetudinem a superioribus regibus concessas confirmat. — ‚Si autem illis qui parentibus'.

S. a. d. l.

Autogr. mutilum in arch. Curiensi.

Mohr 1, 20 n° 10 ex autogr. c. a. 784. — Eichhorn cod. prob. 11 n° 3 c. a. 774.

774, 5 iun.

26* K. monasterio Ebobiensi, in quo s. Columbanus requiescit et cui Guinibaldus abbas praeest, donat silvam curtemque in Montelongo atque alpem Ad-montem dictam cum omni integritate, sicut palatium has res possedit. — ‚Si enim ex his quae divina pietas'.

Papia civ., non. iun. a. 6 et 1.

Copia vitiata et corrupta saec. 12 in arch. Taurinensi.

Muratori antiqu. 1, 1003 ex apographo = Migne 1, 1000 n° 2. — Mon. hist. patriae 1, 22 n° 12 ex copia Taur. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 56 ad 774.

774, 16 iul.

27* K. et Hildegard regina ecclesiae s. Martini in civitate Turonica, in qua idem confessor Christi requiescit et cui Gulfardus abbas praeest, vel eiusdem congregationi vestimentorum causa donant insulam in lacu Minciadae cum castello Sermionensi, curtes Piscariam et Lionam, monasteriolum s. Salvatoris ab Ansa constructum, vallem Camoniam, sinodochium s. Mariae in loco Wahan prope Papiam situm cum villa Solario, cum casella intra Papiam sita et cum omnibus appendiciis, sicuti palatium has res possedit. — ‚Si enim ex his quae divina pietas'.

Papia civ., 17 kal. aug. a. 6 et 1.

Martène ampl. coll. 1, 37 ex chartulario ad 773 = Bouquet 5, 724 n° 19 ad 774 = Migne 1, 931 n° 17. — Biancolini notizie stor. delle chiese di Verona (Verona 1749—1771, in 4°) 4, 499 ex antiquissimo exemplari monasterii s. Zenonis maioris. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 57 ad 774.

774, 2 sept.

28 K. monasterio suo Lauresham vocato, in quo s. Nazarius requiescit et cui Gundelandus abbas praeest, donationem villae Obbenheim in pago Wormatiensi super Rhenum sitae die translationis eiusdem sancti sub emunitatis nomine factam per suum praeceptum confirmat. — ‚Quicquid enim ad loca sanctorum'.

Wormatiae civ. publ., 4 non. sept. a. 6.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.

Ex chartulario: Cod. Laur. dipl. 1, 19 n° 7. — Würdtwein monasticon palatinum (Mannhemii 1793 in 8°) 4, 392. — Böhmer 58 ad 774.

Digitized by Google

[774] 7 sept.

29* K. ecclesiae s. Dionisii, quam Folradus abbas in sua proprietate in loco Hagrebertingas super fluvium Branciam in ducatu Alamanorum in comitatu Hurnia construxit et in qua s. Varani corpus requiescit, fiscum suum Hagrebertingas donat. — ‚Si enim ex his que divina pietas'.

[Duria pal. reg., 7 id. sept. a. 11 et 7.]

Autogr. mutilum et copia in chartul. saec. 13 arch. Parisiensis.
Wirtemb. Urkb. 24 n° 23 ex aut. et chartul. ad 779. — Tardif 63 n° 82 ex aut. et chartul. ad 779. — Doublet 715 ex chartulario.

774, 14 sept.

30* K. propter suggestionem Foloradi abbatis et ob amorem ss. Dionisii, Privati, Yppoliti, cellae quam abbas in sua proprietate Fulradovilare in pago Alisacensi intra fines Audoldovilare aedificavit et in qua corpus s. Yppoliti humavit, aut monachis ibidem conversantibus ex fisco suo Quuningishaim in eodem pago sito quaedam loca silvestria, quorum fines describuntur, cum piscatione, aucupio et pastura donat. — ‚Quicquid enim ad locis sanctorum'.

Dura pal. publ., 18 kal. oct. a. 6.

Autographum A a Wigbaldo exaratum et alterum B a Radone scriptum in arch. Parisiensi.
Tardif 58 n° 71 ex aut. A. — Félibien 34 n° 50 ex eodem = Bouquet 5, 725 n° 20. — Grandidier 2, preuves 113 n° 67 ex aut. A = Migne 1, 935 n° 19. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 59 ad 774.

774, 24 sept.

31 K. ob petitionem Sturmionis abbatis monasterio Fuldensi in pago Graphelt super fluvium Fuldam constructo, in quo s. Bonifacius requiescit, immunitatis beneficium indulget. — ‚Omnibus fidelibus... maximum regni nostri'.

Dura pal. reg., 8 kal. oct. a. 6.

Cod. Eberhardi in arch. Fuldensi.
Schannat dioec. 236 n° 4 ex apogr. vitiato quod autographum esse putabat. — Dronke 29 n° 46 ex cod. Eberh. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 60 ad 774.

774, 24 sept.

32* K., petente Sturmione abbate monasterii Fuldensis in pago Graphelt in solitudine Boconiae ad hon. s. Bonifacii, cuius corpus ibidem requiescit, constructi, monachis in ipso coenobio congregatis licentiam dat, ut quamdiu sub regula sancta vivant, mortuo abbate successorem eius ex semet ipsis ex consensu regis eligant. — ‚Omnibus fidelibus... oportet enim clementie regali'.

Dura pal. publ., 8 kal. oct. a. 6.

Cod. Eberh. in arch. Fuldensi.
Dronke·30 n° 47 ex cod. Eberhardi.

Digitized by Google

[774] dec.

33* K. monasterio s. Dionysii, in quo s. martyr et Pippinus rex requiescunt et cui Folleradus abbas praeest, villas Faverolas in pago Madriacensi et Noronte in pago Carnotino sitas, quas iam Pippinus per Karoli manus eidem delegaverat, cum omni integritate, sicuti Audegarius vassus regis eas possederat, donat simulque ei silvam ad illas villas pertinentem Equalinam vocatam cum omni integritate, sicuti usque nunc fiscus eam possidet, et cum emunitatis beneficio concedit. — ‚Et quia monente scriptura ita oportet'.

Salmunciaco pal. publ., dec. a. [7 et] 1.

Chartul. saec. 13 exeuntis in arch. Parisiensi.
Mabillon dipl. 645 n° 7^{b} : transcripsit Ruinart ex autogr. penes ducem Caprosiae existente = Bouquet 5, 726 n° 22 = Migne 1, 933 n° 18. — Doublet 705 ex chartul. — Bréquigny ad 774. — Böhmer 62 ad 774.

775, 5 ian.

34* K. ob petitionem Lulli Mogontiae episcopi monasterio in vasto proprietatis eius loco Haireulfisfelt super fluvium Fulda in honorem bb. Simonis et Tathei constructo, secundum instituta patrum constituto et in synodo Carisiagi habito regi, ut sub eius filiorumque tuitione esset, tradito suam defensionem et privilegium ecclesiasticum, prohibito omni vel episcopi vel comitum introitu, et liberam abbatum electionem concedit simulque decernit, ut si qua controversia ibidem orta fuerit neque spiritualiter componi potuerit, in synodo regis diiudicetur. — ‚Omnibus episcopis... ibique veniens vir venerabilis'.

Cariciaco pal. publ., non. ian. a. 7.

Autogr. in arch. Kasselano.
Wenck 3^{b}, 6 n° 4 ex autogr. — Ectypon in Kopp Schrifttafeln n° 7. — Böhmer 63 ad 775.

775, 5 ian.

35 K. monasterio Haereulfisfeld a Lullo episcopo in honorem bb. Simonis et Thathei constructo cedit et tradit decimam partem villae suae super fluvium Wisera in pago Torrinzie sitae ad Salsunga vocatae, quam antea Lullus beneficii iure habuit. — ‚Omnibus fidelibus... illud nobis ad eterna beatitudine'.

Cariciaco pal. publ., non. ian. a. 7.

Autogr. in arch. Kasselano.
Wenck 3^{b}, 7 n° 5 ex autogr. — Ectypon in Kopp Schrifttafeln n° 8. — Böhmer 64 ad 775.

Digitized by Google

775, 22 ian.

36* K. ob petitionem Angilramni episcopi, qui sibi praeceptiones anteriorum regum sanciendas obtulit, Mettensi ecclesiae s. Stephano dicatae beneficium integrae emunitatis inde ab antiquis temporibus indultum et perenniter conservatum per suam auctoritatem, in qua immunitatis iura fusius et uberius exponuntur, denuo concedit et confirmat. — ‚Ducibus, comitibus... iuvante domino qui nos in solium'.

Carisiaco, 11 kal. febr. a. 7 et 1.

Chartul. Gorziense saec. 12 in bibl. Mettensi.
Ex chartulario: Tabouillot 4, 15 = Migne 1, 950 n° 30. — Gallia christ. 13, instr. 378 n° 9 ad 776. — Bouquet 5, 727 n° 23. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 65 ad 775.

775, 25 febr.

37 K. ecclesiae s. Diunisii, quam iussu regis de novo aedificatam et nuper dedicatam Fulradus abbas regit, villam in loco Lusarca in pago Parisiaco super Foluncam fluvium sitam cum ecclesia ss. Cosmae et Damiani atque alteram villam in loco Masciago in pago Meldico sitam donat. — ‚Omnibus fidelibus... et quia monente scriptura'.

In monast. s. Diunisii, 5 kal. mart. a. 7 et 1.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Félibien 34 n° 51 ex autographo. — Tardif 58 n° 72 ex aut. — Doublet 710 ex aut. = Bouquet 5, 729 n° 24 = Migne 1, 939 n° 21. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 66 ad 775.

775, 14 mart.

38 K. cessiones Pippini superiorumque regum sibi delatas a Fulrado abbate monasterii s. Dionysii, cuius corpus ibidem requiescit, confirmans denuo concedit et iubet, ut nullum teloneum neque ab hominibus monasterii in quibuscunque vel Franciae vel Italiae regnorum pagis negotiantibus neque ab aliis hominibus negotiandi causa ad villas monasterii convenientibus exigatur. — ‚Omnibus fidelibus... cognoscat magnitudo'.

Carisiaco pal. publ., 2 id. mart. a. 7 et 1.

Doublet 708 = Bouquet 5, 730 n° 26 = Migne 1, 940 n° 22. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 67 ad 775.

775, 14 mart.

39* K. inspectis priorum regum praeceptionibus integram emunitatem, quam antecessores sui basilicae s. Diunisii concesserunt et quam Fulradus abbas huc usque inviolabiliter conservatam esse

Digitized by Google

asserebat, monasterio iterum concedit atque confirmat, ita ut omnes eius res tam in Francia quam in Italia vel Langobardia sitae nec minus res casae dei nuper in Valletellina delegatae sub emunitate sint. — ‚Incipientia regni nostri affectu'.

Carisiaco pal. publ., 2 id. mart. a. 7 et 1.

Autographa duo in arch. Parisiensi.

Doublet 711 ex aut. = Le Cointe 6, 90 = Bouquet 5, 731 n° 27 = Migne 1, 941 n° 23. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 68 ad 775.

775, 4 apr.

40 K. monasterio Vivario-peregrinorum super fluvium Morbach in pago Alsacensi ab Ebroardo fundato et ss. Leodegario, Petro et Mariae dedicato, inspectis priorum regum praeceptionibus quas Amico abbas regi obtulit, emunitatis beneficium ab antecessoribus indultum et huc usque conservatum per suam auctoritatem confirmat. — ‚Principale quidem clementiae'.

Carisiago pal. publ., 2 non. apr. a. 7 et 1.

Autogr. in arch. Colmariensi.

Schöpflin 1, 48 n° 50 ex chartul. — Lünig 19, 956 n° 8 ad 774. — Bouquet 5, 732 n° 28 ex schedis Mabillonii, fragm. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 69 ad 775.

775, 3 mai.

41* K., petente Manasse abbate monasterii Flaviniaci in pago Alsensi ad honorem d. Iesu et ss. Petri et Praeiecti constructi, negotiatores et homines monasterii ab omni teloneo praestando absolvit simulque ei teloneum in ipsius villis et territoriis exigendum concedit. — ‚Si petitionibus sacerdotum quod ad profectum'.

Theodonis villa pal. publ., 5 non. mai. a. 7.

Chartularium Flavin. in bibl. civitatis Castellionis ad Sequanam.

Viole apologie pour la véritable présence du corps de S. Reine dans l'abb. de Flavigny (Paris 1653 in 12°) 92 = Bouquet 5, 732 n° 29 = Migne 1, 948 n° 28. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 71 ad 775.

[775] 10 mai.

42* K., petente Hitherio abbate monasterii s. Martini in civitate Turonica, in quo idem confessor Christi requiescit, ex more antecessorum per suam privilegii constitutionem decernit, ut XLVIII villae ab Autlando abbate servitio fratrum deputatae et in hac auctoritate enumeratae eisdem in perpetuum deserviant. — ‚Decet enim regalis clementiae dignitatem'.

Theodonis villa pal. publ., 6 id. mai. a. 6.

Martène ampl. coll. 1, 33 ex chartul. c. a. 770 = Bouquet 5, 737 n° 36 = Migne 1, 949 n° 29. — Gallia christ. 14, instr. 7 n° 5 ex schedis Baluz. ad 774. — Bréquigny ad 775.

Digitized by Google

775, 25 mai.

43* K. ob petitionem missam a Probato abbate monasterii Acutiani in territorio Sabinensi in ducatu Spoletano ad honorem s. Mariae constructi, ipsi casae dei idem privilegium concedit quo Lirinensium, Agaunensium, Luxoviensium monasteria fruuntur, monachisque licentiam dat abbatem secundum regulam s. Benedicti eligendi. — ‚Omnibus episcopis... quidquid enim ob amorem ecclesiarum'.

Carilego pal. publ., 8 kal. iun. a. 7 et 1.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.
Ex chronico: Muratori script. 2ᵇ, 350 ad 774 = Migne 1, 1006 n° 4. — Duchesne script. 3, 652. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 72 ad 775.

775, 29 mai.

Carisiago pal., 4 kal. iun. a. 7 et 1 : v. act. deperd. Acutiani monasterii.

[775] 9 iun.

44* K., Beato abbate monasterii Scotorum Onogiae a Benedicto episcopo in honorem s. Michaelis constructi referente, instrumenta chartarum monasterii ante hos annos esse perdita, ob eius suggestionem praecipit, ut monasterium, quicquid nunc iuste possideat, in posterum ex hac confirmatione quiete teneat. — ‚Omnibus fidelibus... a regale enim necesse est'.

Carisiago pal. publ., 5 id. iun. a. 8.

Grandidier 2, preuves 121 n° 70 ex libro iur. s. Petri sen. a. 1655 ad 776 = Migne 1, 957 n° 35. — Schöpflin 1, 49 n° 51 ex cod. s. Petri saec. 15 ad 776. — Laguille 2, preuves 8 ex arch. s. Petri. — Mabillon ann. 2, 698 n° 15 ex chartul. saec. 11. — Böhmer 73 ad 775.

775, 26 iun.

45* K. ob suggestionem Fulradi abbatis, ostensam sibi Pippini quondam regis praeceptionem de rebus monasterio s. Diunisii donatis, postea vero aut iniqua pravorum hominum cupiditate aut abbatum iudicumve negligentia ablatis denuo confirmat. Praeceptionis Pippinianae, cuius verba afferuntur, summa haec erat: Fulrado et monachis et agentibus s. Diunisii aliquotiens coram Pippino eiusque ducibus in palatio litigantibus, Pippinum eorum cartas diligenter relegisse et omnes res, quae a missis suis Wichingo et Ludione inquirendi causa per diversos pagos directis eorum esse inventae essent, eis reddi iussisse et sicuti res evindicatas

Digitized by Google

atque elitigatas per suum praeceptum confirmasse. Inserta sunt illarum possessionum nomina. — ‚Omnibus episcopis... summa cura et maxima sollicitudo debet esse regum'.

Carisiago pal. publ., 6 kal. iul. a. 7 et 2.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Ex autographo: Mabillon dipl. 497 n° 50 = Bouquet 5, 733 n° 31 = Migne 1, 943 n° 24. — Félibien 35 n° 52. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 74 ad 775.

775, 28 iul.

46 K. iudicium in causa Herchenradi ecclesiae Parisiensis s. Mariae sanctisque Stephano et Germano dicatae episcopi et Folrati monasterii s. Dionisii abbatis coram se acta. Interpellavit Herchenradus Folradum de iniusta detentione Placicii monasterii in pago Pinciacensi in hon. s. Mariae et s. Petri constructi, quod Aderaldum ecclesiae Parisiensi condonasse asseruit. Respondit Folradus ‚illud monasterium s. Dionisio condonatum et traditum esse ab Hagadeo. Quae causa quoniam diiudicari nequibat, licet utraque pars sua de hac re strumenta protulisset, ex consuetudine et cum consensu litigantium homo s. Dionisii Adelramnus et Corellus homo episcopi, ut dei iudicium fieret, in capella regis ad crucem exire et stare iussi sunt. Cum itaque Corellus tepidus et convictus appareret, rex ex sententia quam fideles sui et Anselmus comes palatii tulerunt, iudicavit et iussit, ut Fulradus praedictum monasterium in omne tempus evindicatum possideret. — ‚Tunc regalis celsitudo... cum nos in dei nomen'.

Duria v. in pal. publ., 5 kal. aug. a. 7.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Ex autographo: Tardif 59 n° 75. — Mabillon dipl. 498 n° 51 = Bouquet 5, 734 n° 32 = Migne 1, 945 n° 25. — Félibien 36 n° 53. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 75 ad 775.

775, 3 aug.

47 K. monasterio Haerulfesfelt in honorem ss. Symonis et Tathei constructo, cui Lullo episcopus praeest, donat et tradit decimam de territorio et silva fiscorum Milinga super fluvium Wisera et Dannistath in pago Altgawi sitorum. — ‚Quicquid enim ad locis sanctorum'.

Dura pal. publ., 3 non. aug. a. 7.

Autogr. in arch. Kasselano.
Wenck 3^b, 8 n° 6 ex autogr. — Ectypon in Kopp Schrifttafeln n° 9. — Böhmer 76 ad 775.

Digitized by Google

775, 25 oct.

48* K., ambasciante Fulrado, monasterio Haerulfisfelt super fluvium Fulda in vasto Bochonia in honorem bb. Symonis et Tathei constructo, cui Lullo episcopus et abbas praeest, donat decimam de terris et pratis fisci sui Aplast in pago Toringia atque decimam de terris, silvis, pratis villae suae Molinhuso, in qua Franci habitant. — ‚Quicquid enim locis venerabilibus ob amore domini'.

Duria pal. publ., 8 kal. nov. a. 8 et 2.

Autogr. in arch. Kasselano.

Ex autographo: Kopp pal. crit. 1, 379 ad 776. — Wenck 3^b, 9 n° 7 ad 775. — Ectypon in Kopp pal. crit. tab. 1 = Kopp Schrifttafeln n° 10. — Böhmer 77 ad 775.

775, 25 oct.

49* K. monasterio Herolfesfelt super fluvium Fuldam in vasta Buchonia in honorem bb. Simonis et Taddaei constructo, cui Lullus episcopus et abbas praeest, donat decimam de terra, silvis, pratis villarum suarum Cimbero in pago Thuringie, Gothaha atque Hasalaha. — ‚[Quicquid enim ...] deliberatione concedimus'.

Duria pal. publ., 8 kal. nov. a. 8 et 2.

Chartul. Hersfeldense saec. 12 in arch. Kasselano.

Wenck 2^b, 3 n° 1 ex chartul. ad 770 et 3^b, 1 n° 1. — Böhmer 78 ad 775.

775, nov.

50* K. monasterio s. Bonifatii in pago Graffelt super fluvium Fulta constructo, cui Sturmio abbas praeest, donat monasteriolum Holzkiricha in pago Waldsassin super fluvium Albstat, quod Troandus aedificavit suaque proprietate ditavit et deinde regi tradidit. — ‚Quicquid enim ad loca sanctorum'.

Dura pal. publ., nov. a. 8.

Cod. Eberhardi in arch. Fuldensi, vitiose.

Schannat trad. 24 n° 45 ad 776 ex apogr. ad autographum confecto = Migne 1, 1052 n° 6 = Dronke 33 n° 51 ad 775. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 79 ad 775.

[ante 775, nov.]

51* K. apud quem Vermeriae residentem agentes s. Dionisii et Folradi abbatis conquesti sunt, quod in teloneis occasione mercatus s. Dionisii in pago Parisiaco cogendis impedirentur, omnibus fidelibus suis per hanc tractoriam mandat, ut sicuti actores monasterii illum mercatum cum omnibus teloneis coram Grimoldo maiore domus et postea coram Pippino rege evindicaverint, in posterum quoque mercatus cum teloneis partibus s. Dionisii concessus et addictus sit, atque ut quicunque contra hoc aut supe-

Digitized by Google

riorum regum praecepta fecerit, intra noctes XXI coram rege rationem reddat. — ‚Cum in dei nomine Vermeria'.

S. a. d. l.

Exemplar tractoriae in arch. Parisiensi.

Ex hoc exemplari: Tardif 60 n° 77. — Félibien 37 n° 55 ad 776. — Doublet 709 = Bouquet 5, 729 n° 25. — Bréquigny ad 775.

775, nov.

52* K. monasterio Prumiae vocato, quod Pippinus in honorem s. Salvatoris construxit et cui Asuerus abbas praeest, suam tuitionem atque beneficium emunitatis, cuius singula praecepta fusius explicata inseruntur, indulget. — ‚Omnibus episcopis... maximum augere regni nostri'.

Theodonis villa publ., nov. a. 8 et 2.

Lib. aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex libro aureo: Beyer 1, 33 n° 28. — Knauff 52 = Bertholet 2, preuves 46 ad 776 = Hontheim 1, 134 n° 52 ad 775 = Migne 1, 1053 n° 7. — Böhmer 80 ad 775.

775, nov.

53 K. ob petitionem Asueri abbatis monasterii Prumiae a Pippino rege in honorem s. Salvatoris constructi et rebus fiscalibus ac propriis dotati, concedit et praecipit, ut homines monasterio delegati legem et consuetudinem fiscalinorum regis, quas antea habuerint, conservent. — ‚Omnibus episcopis... notum sit qualiter domnus'.

Theodonis villa publ., nov. a. 8 et [6].

Charta corrupta in libro aureo Prum. saec. 12 bibl. Trevirensis.

Ex hoc libro: Beyer 1, 34 n° 29. — Martène ampl. coll. 1. 38 = Hontheim 1, 136 n° 53 = Migne 1, 1054 n° 8. — Calmet 2, preuves 110 = Bertholet 2, preuves 45 ad 776. — Bréquigny ad 775. — Böhmer 81 ad 775.

775, nov.

54 K. casae ss. Dionisii et Privati, quorum corpora ibidem requiescunt, donat donatumque in perpetuum esse vult Eadalago et Salona in pago Salaninsi et res proprietatis suae in Warningas itemque mansos illos in Filicione curte, ad Buxitum, in Ermeraga villa, ad Alningas et ad Carisiacum sitos quos pater suus Fulrado in beneficium dedit. — ‚Quicquid enim ad loca sanctorum'.

Teodone villa, nov. a. 8 et 2.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Félibien 37 n° 54 = Bouquet 5, 736 n° 34 = Migne 1, 946 n° 26. — Tardif 60 n° 76. — Doublet 712. — Bréquigny da 775. — Böhmer 82 ad 775.

Digitized by Google

775, dec.

55 K. ob petitionem Ettonis episcopi decernit, ut homines Strazburgensis ecclesiae in honorem s. Mariae constructae in quibuscunque regnorum locis, exceptis Quentowico, Dorestato atque Sclusis, ab omni teloneo solvendo liberi sint. — ‚Omnibus episcopis... summa cura et sollicitudo'.

Scalistati v. pal. publ., dec. a. 8 et 2.

Grandidier 2, preuves 116 n° 68 ex apogr. tabularii episcopalis = Migne 1, 937 n° 20. — Böhmer 83 ad 775.

[775, dec.]

56* K. iudicium in causa inter Othbertum s. Michaelis vel Beati abbatis advocatum et Agissericum atque Aldradum monasterii Corbeiae advocatos coram se acta. Interpellavit Othbertus alteros de iniusta detentione rerum in Osthova et Gehfida ab Immone monasterio s. Michaelis traditarum. Responderunt Agissericus et Aldradus, easdem res Corbeiae condonatas esse a Gerbriga, et ipsum huius donationis protulerunt instrumentum. Quae causa quoniam diiudicari nequibat, ex consuetudine et cum consensu litigantium Othbertus et Agissericus, ut dei iudicium fieret, ad crucem exire et stare iussi sunt. Cum itaque homo Corbeiae monasterii trepidus et convictus appareret, Aldradus et Agissericus coram rege easdem res advocato s. Michaelis per wadium et fide facta reddiderunt eumque revestiverunt. Rex autem ex sententia quam fideles sui et Anshelmus comes palatii tulerunt, iudicavit et iussit, ut Beatus abbas vel monasterium Honogia praedictas res in omne tempus evindicatas possideret. — ‚Tunc regalis celsitudo... cum nos in dei nomine'.

Sclalistati v. in pal.; s. a. d.

Grandidier 2, preuves 118 n° 69 ex chartul. Tabern. saec. 16 et ex libro iur. s. Petri sen. a. 1655, vitiose = Migne 1, 954 n° 33. — Mabillon ann. 2, 699 n° 18 ex chartul. saec. 11, fragmentum. — Schöpflin 1, 51 n° 56 ex cod. Urstisii, fragmentum.

776, 9 iun.

57* K. ob petitionem Probati abbatis monasterii s. Mariae in fine Spoletano siti, inspectis cartis monasterii, scilicet praecepto Haistulfi de Germaniciana curte, praecepto restitutionis Theodicii ducis de casale Paterniane, brevi traditionis Hildeprandi ducis de casale Balberiano, praeceptis eiusdem de Tancie, curte Ballantis et Nautona, carta commutationis inter Halanum abbatem et Teotonem Reatinum episcopum de ecclesia s. Viti factae, do-

Digitized by Google

nationibus Luponis de curte Taciana, Teodemundi de gualdo Moiano, Pandonis et Tenaldis de Ciciliano et Agello, carta Aimonis, praecepto Adelchisii regis de rebus Ansildae — rex quaecunque his cartis consignatae sunt possessiones monasterio per suum praeceptum confirmat. — ‚Omnibus episcopis... si ea quae a deum timentibus'.

Vincentia civ., 5 id. iun. a. 8 et 3.

Gregorii Catin. registrum n° 147 in bibl. Vaticana.

Fatteschi 276 n° 30 ex registro Greg. — Conf. Muratori script. 2", 351 et antiqu. 5, 694.

776, 17 iun.

58* K. cedit et donat Paulino artis grammaticae magistro omnes res, quae ex possessione Waldandi filii Immonis de Laberiano, cum is una cum Roticauso regis inimico interfectus esset, ad palatium devenerant. — ‚Omnibus episcopis... merito quidem a nobis'.

Eborea civ., 15 kal. iul. a. 8.

Copia saec. 18 in cod. bibl. Marcianae lat. IX, 125.

Baronius ann. eccles. a. 802 ex vita s. Paulini, ad 773 = Le Cointe 6, 108 ad 776 = Bouquet 5, 737 n° 37 = Migne 1, 957 n° 34. — Madrisio 258, appendix n°2 ex copia recentiori. — Bréquigny ad 776. — Böhmer 84 ad 776.

776, iul.

59* K. monasterio Nonantulae in honorem omnium apostolorum et s. Sylvestri constructo, quod Anselmus abbas regit, curtem suam Camorianam in territorio Motinensi sitam cum omni integritate, sicut pars regia ex Alboini temporibus eam possedit, donat. — ‚Quicquid in locis venerabilium ob amore'.

Pratis Gaigio, iul. a.... 3 [ind. 5].

Charta vitiata et interpolata in cod. Nonantulano saec. 16.

Tiraboschi Nonantola 2, 24 n° 10 ex hoc cod. — Böhmer 85 ad 776.

777, 7 ian.

60 K. monasterio Fulta in pago Graffelt in hon. ss. Petri et Pauli constructo, in quo s. Bonefacii corpus requiescit et quod Sturmio abbas regit, donat res proprietatis suae Hamalumburee in pago Salecgavio super fluvium Sala cum appenditiis Achynebach, Thyupfbach et Harital. — ‚Quicquid enim ob amore domini'.

Haristalio pal. publice, 7 id. ian. a. 9 et 3.

Autographum in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boica 28*, 1 n° 1. — Dronke 36 n° 57 (conf. n° 60). — Schannat trad. 27 n° 51. — Specimen script. in Schannat vind. tab. 4. — Bréquigny ad 777. — Böhmer 87 ad 777.

Digitized by Google

777, ian.

2* L., petente Guillelmo quondam comite nunc monacho, monasterio Gellonis a Guillelmo in pago Lutevensi super fluvium Araur in causa Karoli imperatoris ad honorem Salvatoris, s. Mariae aliorumque ss. constructo, cui Iuliofredus abbas praeest, ex rebus suis fiscum Miliacum in pago Biderrensi cum villis s. Paragorii et Miliciano et Campaniano et in pago Lutevensi locum Gastrias sive Castrapastura et villam Magaranciatis tradit simulque omnes res a Guillelmo aut aliis collatas perpetuo possidendas confirmat. — ‚Quoniam cogitandum nobis est'.

Tolosae publice, 5 kal. ian. ind. 10, a. L. 27, a. imp. Karoli 8.

Apogr. vitiatum saec. 12 in arch. Monspeliensi.

Vaissete 1, preuves 34 n° 14 ex arch. — Mabillon acta ss. 5, 86 ex arch. ad 808 = Le Cointe 7, 692 = Gallia christ. 6, instr. 265 n° 3 ad 807. — Bouquet 6, 453 n° 3 ex chartario ad 807. — Bréquigny ad 807. — Böhmer 205 ad 807.

Digitized by Google

808, 7 apr.

3 L., petente Fridegiso monasterii s. Martini abbate, monachis Cormaricensis monasterii licentiam dat duas vel quotquot voluerint naves ab omni consuetudine liberas per regni flumina dirigendi. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia concessimus'.

Cassanogelo pal., 7 id. apr. a. regni 27.

Baluze capit. 2, 1401 n° 21 ex chartul. s. Martini ad 807 = Bouquet 6, 453 n° 2. — Gallia christ. 14, instr. 14 n° 11 ex cop. recent. ad 807 = Bourassé 13 n° 5. — Bréquigny ad 807. — Böhmer 206 ad 808.

808, mai.

4* L., cum monasterium s. Hilarii Pictavensis, in quo eius corpus requiescit, sub habitu canonico constitutum sit, pars autem fratrum vitam coenobialem secundum constitutionem b. Benedicti in loco Noviliaco, qui est de ratione s. Hilarii, eligere maluerit, ob fratrum petitionem coenobioli statum ita ordinat, ut semper monasterio s. Hilarii subiectum permaneat, abbas vero s. Hilarii nullam ibidem potestatem habeat nisi benefaciendi et bona cellulae augmentandi, ut fratres Noviliacenses sub immunitate quieti resideant et proprium sibi abbatem secundum regulam s. Benedicti eligant qui eos regat et quicquid ad rem publicam pertineat administret; simul rex coenobiolum, tamquam suum sit, in defensionem et gubernationem suscepturus neque tamen a monasterio s. Hilarii separaturus huic monasterio annuum censum XX solidorum de camera sua solutum iri promittit. — ‚Omnibus episcopis... quicquid pro oportunitate'.

Mai. a. 28; s. l.

Autographum mutilum et apogr. saec. 11 in arch. Pictavensi.

Ex autogr. et apographo: Bibl. de l'École 1re série, 2, 78. — Rédet documents 3 n° 4.

ACTA LVDOVVICI IMPERATORIS.

814, 8 apr.

5* L. ob petitionem Hariolfi episcopi et abbatis, praecepto Karoli sibi oblato obsecutus, monasterium ab Hariolfo intra Virgundiam waldum in loco Elehenwang ad honorem Salvatoris, s. Mariae, ss. Sulpicii et Serviliani constructum et Karolo delegatum denuo in tuitionis suae sermonem suscipit, ita ut rectores et monachi sub hac defensione et sub emunitatis nomine quiete vivant, simulque monachis potestatem concedit abbatem ex semet ipsis eligendi. — ‚Notum sit magnitudini vestrae'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal., 6 id. apr. a. 1, ind. 7.

Apographum vitiatum saec. 9 exeunte exaratum in arch. Stuttgardiensi. Wirtemb. Urkb. 1, 79 n° 71 ex apogr. quod pro autogr. habebatur. — Lünig 18, 115 n° 1. — Khamm 2, 11.

814, 23 apr.

6 L. ob petitionem Benedicti abbatis qui sibi auctoritatem defensionis immunitatisque Karoli sanciendam obtulit, monasterium Anianum a Benedicto in pago Magdalonensi ad honorem Salvatoris, s. Mariae aliorumque ss. constructum et Karolo delegatum denuo in suam defensionem recipit eique immunitatem et ius electionis concedit. — ‚Omnibus episcopis ... notum sit quia quidquid'.

Aquis pal., 9 kal. mai. a. 1, ind. 7.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Vaissete 1, preuves 40 n° 19 ex chartul. — Bouquet 6, 455 n° 2 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 209 ad 814.

814, 23 apr.

7 L. missos sive negotiatores monasterii Anianae in pago Magdalonensi in honorem d. Iesu constructi, cui Benedictus abbas praeest, ab omni teloneo solvendo liberos esse iubet. — ‚Notum sit cunctis fidelibus nostris'.

Aquis pal., 9 kal. mai. a. 1, ind. 7.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Bouquet 6, 455 n° 1 ex schedis C. Estiennot. — Vaissete 1, preuves 41 n° 20. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 208 ad 814.

814, 23 apr.

8 L. monasterio Anianae in pago Magdalonensi in honorem Salvatoris, s. Mariae aliorumque ss. constructo, cui Benedictus abbas praeest, ex rebus suis tradit et sub immunitatis nomine concedit in pago Lutevensi cellulam Gellonis a Willelmo comite in causa Karoli constructam et villam Magarantiate et pasturam in Castris; in pago Bederensi fiscum Miliacum cum ecclesia s. Paragorii et villam Militiane; in pago Magdalonensi Montecalmense castrum cum ecclesia s. Hilarii et omnibus appendiciis, exceptis interiacentibus ingenuorum hominum proprietatibus; in pago Agathensi fiscum Sita vocatum; in pago Narbonensi salinas quas missus Leibulfus comes designavit; simul praecipit ut procuratores villarum annis singulis sex usque decem olei modia congregationi persolvant. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Digitized by Google

Aquis pal., 9 kal. mai. a. 1, ind. 7.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Bouquet 6, 456 n° 3 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 210 ad 814.

814, 31 mai.

9* L. monasterio Duserensi in territorio Arausico ad honorem s. Mariae, s. Petri aliorumque ss. constructo oblatum sibi a Dextero abbate praeceptum, per quod Karolus Norfidio abbati eiusque successoribus locum proprietatis suae ad aedificandum hoc monasterium concessit, confirmat, immunitatem atque liberam abbatum electionem indulget. — ‚Comperiat interea omnium fidelium'.

Aquisgrani pal. reg., 2 kal. iun. a. 1, ind. 7.

Chifflet preuves 260 ex autogr. = Le Cointe 7, 320 = Bouquet 6, 457 n° 4. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 211 ad 814.

814, 11 iul.

10* L. fratribus monasterii s. Severini prope Burdegalensium urbem constructi villam Miscariam in pago Santonico super Garumnam sitam reddit atque absque introitu iudicum et per suam defensionem possidendam confirmat. — ‚Notum sit omnibus... quia placuit nobis'.

Aquisgrani pal. reg., 5 id. iul. a. 1, ind. 7.

Besly préface 17 ex tabulario = Bouquet 6, 458 n° 5. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 213 ad 814.

814, 28 iul.

11* L. matri ecclesiae s. Mariae Lausonnae, cui Fredarius episcopus praeest, cellulam Balmetam ad honorem s. Desiderii in pago Lausonnae super Venobiam constructam et partem imperatori in Forrariis debitam vel villam Sclepedingus dictam cum Mauromonte concedit atque in eius dominationem tradit. — ‚Quicquid enim pro opportunitate servorum dei'.

5 kal. aug. a. 1, ind. 7; s. l.

Chartul. saec. 13 in bibl. Bernensi.

Ex chartulario: Zapf 1, 3 n° 1 ad 815. — Mémoires de la Suisse rom. 6, 239 = Gallia christ. 15, instr. 125 n° 1 ad 814. — Böhmer 214 ad 814.

814, 1 aug.

12 L., petente Petro abbate Nonantulani monasterii in honorem omnium apostolorum et s. Silvestri constructi, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmat, per quas Petrus ex rebus monasterii sui Hrodulfo rectori

Digitized by Google

novi monasterii intra muros Brixiae civitatis ad honorem Salvatoris aedificati villas Castellionem, Calcinatum, Silvinianum et Monticulum dedit et invicem ab eo villam Reddudum sive Curticellam in Persecita pago accepit. — ‚Si enim ea quae fideles'.

Aquisgrani pal. reg., kal. aug. a. 1, ind. 7.

Autographum in arch. Nonantulano.

Muratori antiqu. 2, 201 ex autogr. — Böhmer 215 ad 814.

814, 20 aug.

13 L. cui Franco Cenomannicae urbis episcopus retulit, aliquas ecclesiae ss. Gervasii et Protasii cartas combustas esse, praeceptis anteriorum regum sibi ostensis obsecutus eidem ecclesiae omnes quas quiete possideat res confirmat et Franconi ciusque successoribus auctoritatem dat, per quam perinde ac per strumenta concremata res iuste possessas secundum legem defendant. — ‚Noverit sagacitas seu industria'.

Aquisgrani pal., 13 kal. sept. a. 1, ind. 7.

Acta pontif. Cenom. in cod. bibl. Cenom. saec. 12.

Mabillon analecta 296 ex actis p. C. = Bouquet 6, 459 n° 6. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 218 ad 814.

814, 25 aug.

14 L. ob petitionem Adalgisi abbatis Anisolae monasterii confirmat oblatum sibi Karoli praeceptum de plenissima defensione et emunitatis tuitione iam a Pippino prioribusque regibus monasterio concessis. — ‚Omnibus episcopis... proinde comperiat'.

Aquisgrani pal., 8 kal. sept. a. 1, ind. 7.

Bouquet 6, 460 n° 7 ex arch. monasterii. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 219 ad 814.

814, 1 sept.

15* L., petente Wirundo abbate monasterii Gamundias vel Haurunbach dicti, oblatas sibi praeceptiones Pippini et Karoli confirmans concedit ut, dum heredes monasterii res eius indivisas reliquerint, ita ut monachi regulam observare possint, hominibus eius per totum imperium sine ulla telonei exactione negotiari liceat. — ‚Notum sit omnibus fidelibus'.

Aquisgrani pal., kal. sept. a. 1, ind. 7.

Autogr. cuius litterae evanuerunt in arch. Monacensi.

Acta Pal. 6, 246 n° 3 ex autogr. — Böhmer 220 ad 814.

Digitized by Google

[814, 1 sept.]

16 L., petente Wyrundo abbate monasterii s. Mariae sive s. Petri Gamundias vel Hornbach dicti, oblatas sibi praeceptiones Pippini et Karoli confirmans praecipit ut, dum heredes monasterii res eius indivisas reliquerint, ita ut monachi regulam observare possint, omnia freda, tributa, census ab ingenuis hominibus super terras monasterii commanentibus fisco solvenda monasterio sint concessa, simulque omnes eius possessiones integras, salvas et a cunctis retributionibus absolutas manere iubet. — ‚Si erga loca divino cultui mancipata'.

S. a. d. l.

Mon Boica 31, 46 n° 18 ex chartul. saec. 15, ad 819.

814, 3 sept.

17 L., petente Bernhario ecclesiae Wormacensis ss. Petro et Paulo dicatae episcopo, oblatas sibi antecessorum praeceptiones de plenissima defensione et emunitatis tuitione confirmat simulque decernit, ut homines huius ecclesiae cum episcopo suo in hostem pergant. — ‚Si sacerdotum et servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. sept. a. 1, ind. 8.

Chartul. Wormat. saec. 12 in arch. Hannoverano.

Schannat Worm. 2, 2 n° 2 ex arch. eccl. cathedralis. — Böhmer 222 ad 814.

814, 3 sept.

18 L. a quo Bernharius Wormacensis parochiae episcopus, cum imperatori praeceptiones antecessorum de defensione et emunitate offerret, simul petiit, ut servis ecclesiae liceat pastorem sibi secundum canones eligere, huic petitioni assentit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. sept. a. 1, ind. 8.

Chartul. Wormat. saec. 12 in arch. Hannoverano.

Schannat Worm. 2, 3 n° 3 ex arch. eccl. cathedralis. — Böhmer 223 ad 814.

814, 9 sept.

19* L. oblatis sibi a Bettone Lingonensium urbis episcopo praeceptis anteriorum regum obsecutus, ecclesiae eius immunitatis suae defensionem indulget et praesulibus auctoritatem concedit, per quam perinde ac per strumenta tempore occupationis Saracenorum concremata vel perdita omnes res ab ecclesia iure possessas secundum leges defendant. — ‚Si sacerdotibus in quibuslibet necessitatibus'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., 5 id. sept. a. 1, ind. 8.

Apographum saec. 10 et alterum saec. 9 exeuntis corruptum atque interpolatum in arch. Calmontensi.

Gallia christ. 4, instr. 129 n° 5 ex apogr. interpolato quod editores autographum esse putabant = Bouquet 6, 461 n° 9 ad 814 = Cartul. de l'Yonne 1, 26 n° 13. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 224 ad 814.

814, 9 sept.

20* L. praeceptum Karoli ab Inchado Parisiacensis urbis episcopo oblatum confirmans, rectoribus sedis Parisiacae vel ecclesiae s. Mariae et ss. Stephano et Germano dicatae concedit, ut missis eorum sine ulla telonei exactione negotiari liceat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

Aquisgrani pal. reg., 5 id. sept. a. 1, ind. 8.

Exemplar simul cum authentico confectum in arch. Parisiensi.

Tardif 76 n° 104 ex hoc exemplari.

814, 9 sept.

21* L. ecclesiae s. Vincentii Matisconensis, cui Hildebaldus episcopus praeest, eiusque congregationi tradit res proprietatis suae in villa Rosarias in pago Lugdunensi sitas, quas Anstrudis sanctimonialis per cartulam donationis Karolo delegavit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Aquisgrani pal. reg., 5 id. sept. a. 1, ind. 8.

Codex Bouhier 44 in bibl. Paris. et chartul. saec. 18 in arch. Matisconensi.

Gallia christ. 4, instr. 264 n° 3 ex cod. Bouhier, ad 815 = Bouquet 6, 462 n° 10 ad 814. — Cartul. de S. Vincent 46 n° 58 ex chartul. arch. Matisc. ad 815. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 225 ad 814.

814, 11 sept.

22* L. ob petitionem Theodulfi Aurelianensis ecclesiae archiepiscopi qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, ecclesiam s. Crucis, cui Theodolfus praeest, atque omnes eius res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. sept. a. 1, ind. 8.

Bouquet 6, 499 n° 63 ex Baluzio, cum additionibus ex autographo in praef. 98. — Baluze capit. 2, 1410 n° 30 ex chartul. = Le Cointe 7, 373 = Tentzel app. 67. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 226 ad 814.

814, 1 oct.

23* L., petente Wirundo abbate, monasterio Stabulau et Malmundario in Ardennensi silva ad honorem ss. Petri et Pauli apo-

Digitized by Google

stolorum atque s. Martini constructo, in quo s. Remacli corpus requiescit, omne teloneum pro eius carris et sagmariis et navibus Renum vel Mosam discurrentibus solvendum remittit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

Cispiaco pal., kal. oct. a. 1, ind. 8.

Chartul. Malmundariense saec. 11 in arch. Bruxellensi.
Martène ampl. coll. 2, 21 ex chartul. saec. 13 = Bertholet 2, preuves 52. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 227 ad 814.

814, 1 oct.

24 L. ob petitionem Virundi abbatis monasterio Stablao et Malmundario, in quo s. Remagli corpus requiescit, inspecto Childerici praecepto sibi prolato, ex quo cognovit Sigibertum s. Remaglo cellulas novo opere construxisse et forestem duodecim leugarum in circuitu concessisse, deinde tamen Childericum petente Remaglo monachis sex leugas subtraxisse, reliquas autem confirmasse, eandem forestem sex leugarum, cuius termini hic describuntur, simulque cappellas et decimas fiscorum quorundam ab anterioribus regibus concessas denuo confirmat. — ‚Imperialem celsitudinem decet'.

Cispiaco pal., kal. oct. a. 1, ind. 8.

Codex Bambergensis saec. 10.
Martène ampl. coll. 2, 23 ex chartul. saec. 13 = Bertholet 2, preuves 53. — Lünig 18, 783 n° 4. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 228 ad 814.

814, 19 nov.

25 L., petente Attala abbate qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium s. Mariae in confinio Narbonensi et Carcassensi super Orbionem fluvium constructum cum cellulis ei subiectis, cellula scilicet s. Cucufati in Flexo super Atacem constructa, cellula s. Petri super Clamesitim rivulum Caputspina dicta atque tertia Palma vocata, e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. dec. a. 1, ind. 8.

Chartul. dictum viride c. a. 1500 conscriptum in arch. Carcassonnensi. Vaissete 1, preuves 41 n° 21 ex autographo = Bouquet 6, 463 n° 12. — Mahul 2, 210. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 230 ad 814.

Digitized by Google

814 [19 nov.]

26 L., petente Atala abbate, eius congregationem seu monasterium s. Mariae ob omni teloneo solvendo liberat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

Aquisgrani pal. reg., ... a. 1, ind. 8.

Autographum ex parte mutilum in cod. bibl. Paris. lat. 8837.

Vaissete 1, preuves 45 n° 24 ex autogr. = Bouquet 6, 464 n° 13 = Mahul 2, 210. — Specimen script. in Nouv. traité de dipl. planche 67. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 217 et 231 ad 814.

814, 28 nov.

27* L., petente Christiano Nemausae civitatis episcopo, oblatam sibi immunitatem Karoli confirmans eiusdem sedem in honorem s. Mariae et s. Baudelii constructam in immunitatis suae defensionem recipit. — ‚Cum petitionibus sacerdotum iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 4 kal. dec. a. 1, ind. 8.

Copia saec. 17 in arch. Nemausensi.

Baluze miscell. 4, 420 ex cod. Colbert. 3910 = Vaissete 1, preuves 43 n° 22 = Bouquet 6, 464 n° 14. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 232 ad 814.

814, 29 nov.

28* L. cui Hildebaldus episcopus immunitatem Pipini sanciendam obtulit, ecclesiam Matiscensem in suam defensionem et immunitatis tuitionem recipit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 kal. dec. a. 1, ind. 8.

Cod. Bouhier 44 in bibl. Paris. et chartul. saec. 18 in arch. Matisconensi.

Cartul. de S. Vincent 52 n° 65 et 73 n° 98 ex chartul. arch. Matisc. ad 815. — Sainct-Iulien 274 ex libro de titulis antiquis, fragmentum.

814, 1 dec.

29 L. ob petitionem Hildoini abbatis qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium s. Dionysii in pago Parisiaco, in quo ipse sanctus eiusque socii requiescunt, atque omnes monasterii res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit et absque iudicum aut episcoporum introitu consistere iubet. — ‚Si liberalitatis nostre munere locis'.

Aquisgrani pal. reg., kal. dec. a. 1, ind. 8.

Exemplar simul cum authentico confectum in arch. Parisiensi.

Ex hoc exemplari: Félibien 45 n° 67 ad 815. — Doublet 731 = Le Cointe 7, 322 ad 814 = Bouquet 6, 465 n° 15. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 233 ad 814.

Digitized by Google

814, 1 dec.

30 L. ob petitionem Hildoini abbatis monasterii s. Dionysii in pago Parisiaco constructi, in quo sanctus eiusque comites requiescunt, inspecta Karoli auctoritate sibi oblata, ex qua illi monasterio omnia telonea occasione mercatus in festivitate s. Dionysii instituti solvenda a Pippino prioribusque regibus concessa et coram Grimaldo maiore domus evindicata, a Karolo iterum conferuntur, per suam quoque auctoritatem concedit et iubet, ut nulla in posterum iudiciaria potestas a mercatoribus in hunc mercatum convenientibus, ut Saxonibus, Frisionibus aliisque gentibus, neque quatuor denarios a Soanachilde et Gerfredo comite iniuste impositos neque ullam aliam exactionem exigat, sed ut quaecunque telonea ibidem solvenda sint, usibus monasterii vel congregationis proficiant. — ‚Imperialem celsitudinem decet'.

Aquisgrani pal. reg., kal. dec. a. 1, ind. 8.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Félibien 46 n° 58 ad 815. — Doublet 733 = Bouquet 6, 466 n° 16 ad 814. — Specimen script. in Mabillon dipl. 394. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 234 ad 814.

[814, 1 dec.]

31 L. cum Begone comite, administratoribus publicis teloneariisque Parisiaci pagi communicat, se denuo praecepta Pippini atque Karoli de teloneis occasione mercatus s. Dionysii solvendis corroborasse, eisque et eorum successoribus per suam tractoriam praecipit, ut publicam legem et regiae auctoritatis de his teloneis decreta violare caveant. — ‚Begoni inlustri comiti... notum vobis esse credimus'.

S. a. d. l.

Chartul. saec. 13 exeuntis in arch. Parisiensi.

Doublet 732 ex chartul. = Bouquet 6, 468 n° 17. — Bréquigny ad 814.

814, 1 dec.

32* L. ob petitionem [Hludovici] abbatis monasterii s. Dyonisii in territorio Parisiaco constructi, oblatam sibi auctoritatem Dagoberti, per quam hic rex monasterio Sarclitas villam in pago Stampensi sitam cum mercatu omnique integritate absque introitu iudicum possidendam concessit, denuo confirmat et eandem villam immunitatem retinere iubet. — ‚Imperialem celsitudinem decet'.

Aquisgrani pal. reg., kal. dec. a. 1, ind. 8.

Autographum in quo litterarum ductus vix perspici possunt, et chartul. saec. 13 exeuntis in arch. Parisiensi.

Tardif 77 n° 107 ex aut. et ex chartul. ad 815.

Digitized by Google

814, 3 dec.

33* L. auctoritatem Karoli sibi a Ihieremia abbate oblatam confirmans monasterio s. Martini maioris prope Turonicam civitatem super alveum Ligeris constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. dec. a. 1, ind. 8.

Copia saec. 18 ex originali in cod. bibl. Paris. lat. 12878.
Bouquet 6, 468 n° 18 ex chartul. monasterii. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 235 ad 814.

[814] 21 dec.

34* L. vasallo et familiari suo petenti Patagero eiusque successoribus villam suam Granesdorf prope Enisam fluvium in comitatu Geroldi in parte Sclavanorum sitam iure proprietatis et perpetuo possidendam concedit. — ‚Si petitionibus fidelium nostrorum'.

In loco Aquisgrani pal., 12 kal. ian. a. 21, ind. 3.

Charta suspectae fidei, apogr. saec. 9—10 autographi instar exaratum in arch. Monacensi.
Mon. Boica 11, 106 n° 6 ex eodem apogr. ad 834 = Urkb. ob der Enns 2, 13 n° 9. — Hund-Gewold 2, 8 n° 3. — Böhmer 451 ad 834.

814, 29 dec.

35* L., petente Nifridio Narbonensis urbis archiepiscopo, matrem ecclesiam huius civitatis ss. Iusto et Pastori vel s. Mariae dicatam cum monasterio s. Pauli prope urbem constructo in sua defensione et immunitatis tuitione esse iubet. — ‚Cum petitionibus sacerdotum iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 4 kal. ian. a. 1, ind. 8.

Fragmentum chartul. saec. 12 in cod. lat. bibl. Paris. 11015.
Vaissete 1, preuves 44 n° 23 = Bouquet 6, 469 n° 19. — Catel 745 = Le Cointe 7, 323. — Bréquigny ad 814. — Böhmer 236 ad 814.

[814] 29 dec.

36* L. vasallo suo Wimaro eiusque fratri Radoni res a patre eorum ex concessione Karoli in loco eremo Septimaniae occupatas seu villam Vicum-Sirisidum ab eo in valle Asperi constructam proprietario iure possidendas posterisque hereditario iure relinquendas concedit. — ‚Iustum est ut imperialis dignitas'.

Aquisgrani pal. reg., 4 kal. dec. a. 20, ind. 8.

Charta vitiata fidei dubiae.
Marca 771 n° 8 ex chartul. eccl. Helenensis ad 833. — Bréquigny ad 833.

Digitized by Google

814, 29 dec.

37* L. ob petitionem Apollinaris abbatis monasterio s. Anthymi vicum Cilcarium [cuius termini describuntur] concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 4 kal. ian. a. 1, ind. 8.

Apographum vitiatum et interpolatum in arch. Senensi.

Ughelli 3, 530 ex transumpto. — Giugurta Tommasi historie di Siena (Venetia 1625 in 4°) 1, 201. — Böhmer 237 ad 814.

[c. 814.]

38* L. cui Adam monasterii Gemetici abbas praeceptum Karoli confirmandum obtulit, naves et vehicula monasterii, sicut iam Pipinus et anteriores reges fecerant, ab omni teloneo solvendo liberat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

S. a. d. l.

Collectio formularum in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 53 n° 34. — Carpentier 36 n° 15 = Bouquet 6, 640 n° 15. — Bréquigny pag. 201.

[814—840.]

39* L. propter fidelitatem et devotionem Bettonis ei cellulam quandam, quam eius avia et avunculus Karolo tradiderunt, iure proprietatis possidendam donat. — ‚Imperialis celsitudinis moris est'.

S. a. d. l.

Collectio formularum in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 181 n° 143. — Carpentier 53 n° 27 = Bouquet 6, 647 n° 27.

[814—821.]

40* L. Fortunato patriarchae cunctisque Istriae fidelibus denuo licentiam patriarcham, episcopos, abbates, tribunos eligendi concedit simulque eos hortatur, ut in fide sua perseverent atque mandatum suum et iudicatum, quod Iso presbyter, Cadola et Aio comites legati Karoli imperatoris constituerint atque CLXXII populi primates sacramento confirmaverint, observent. — ‚Fortunato venerabili patriarchae itemque omnibus'.

S. a. d. l.

Cod. Trevisanus saec. 15 in arch. Vindobonensi.

Carli parte 4, 248 et parte 5 (appendice) 12 n° 2.

815, 1 ian.

41 L. Hispanos, qui e Saracenorum regno profugi, sedibus in Septimania et in parte Hispaniae a marchionibus devastata occu-

Digitized by Google

patis, in imperatoris ditionem se dediderunt, itemque eos qui in posterum ultro se dedituri sint, liberos et in suam defensionem susceptos esse iubens per hanc constitutionem, cuius exemplar in archivo palatii et cuius descriptiones apud episcopos et comites illarum regionum in unaquaque Hispanorum civitate conservari vult, decernit: ut Hispani aeque ac ceteri liberi homines cum ipsorum comite ad exercitum pergant et wactas id est excubias faciant, ut filiis missisque imperatoris et legatis ex Hispania venientibus serviant, ut neve alia servitia praestent neve censum persolvant et, si qua dona dederint, ne inde ius vel consuetudo muneris oriatur, ut pro maioribus causis aut a vicinis accusati ad mallum ire debeant, minores autem causas suo more dirimant, ut eorum quos ad se adtraxerint et in suis apprisionibus collocaverint servitio uti et loca illis colenda concessa, si deserantur, in suum dominium recipere possint, denique ut eis liceat more solito imperatoris comitibus in vassaticum se commendare eisque ut senioribus suis pro beneficiis ab eis acceptis consuetum servitium exhibere. — ‚Omnibus fidelibus... sicut nullius vestrum notitiam'.

Aquisgrani pal. reg., kal. ian. a. 1, ind. 8.

Baluze capit. 1, 549 ex veteri exemplari archivi archiepisc. Narbon. = Le Cointe 7, 339 = Bouquet 6, 470 n° 21. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 238 ad 815.

815, 1 ian.

42 L. Iohanni fideli suo, accepta eius commendatione, concedit res ab eo permittente ipso Ludowico rege per apprisionem occupatas et huc usque per auctoritatem Karoli possessas, scilicet villaria Fontes et Cello Carboniles in Narbonensi pago et alias res in villa Fonteioncosa, quae ipse et posteritas eius, dum imperatori fideles permaneant, sine ullo censu teneant, et insuper hoc novi iuris addit ut iis, remota comitum vel iudicum publicorum potestate, homines in ipsorum possessionibus habitantes distringere et secundum legem iudicare liceat. — ‚Omnibus fidelibus... qualiter quidam homo'.

Aquisgrani pal. reg., kal. ian. a. 1, ind. 8.

Baluze capit. 2, 1405 n° 25 ex chartul. archiepisc. Narbon. = Le Cointe 7, 341 = Vaissete 1, preuves 45 n° 25 = Bouquet 6, 472 n° 22. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 239 ad 815.

815, 8 ian.

43* L. ob petitionem Dutresindi abbatis et congregationis monasterii s. Maximini Miciacensis concedit, ut nullum teloneum ex

Digitized by Google

hominibus aut carris eorum nec de tribus navibus per Ligerim aliaque flumina discurrentibus exigatur. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. ian. a. 1, ind. 8.

Baluze capit. 2, 1406 n° 26 ex chartul. = Le Cointe 7, 343 = Bouquet 6, 472 n° 23. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 240 ad 814.

815, 11 ian.

44 L. propter fidelitatem et devotionem Einhardi ei eiusque coniugi Immae certas res in Germaniae partibus sitas et quidem locum Michlinstat in Odonewalt et villam Mulinheim in Moynecgowe a Drogone quondam comite possessam eo iure donat, ut has res perpetuo possideant et cui voluerint hereditate relinquant. — ‚Imperatoriae celsitudini moris est'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. ian. a. 1, ind. 7.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.
Ex chartulario: Teulet 2, 411. — Cod. Laur. dipl. 1, 44 n° 19. — Freher script. 1, 63 = Helwich 1, 21. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 241 ad 815.

815, 19 ian.

45* L. ob petitionem Bernardi praesulis Viennensis civitatis et ecclesiae s. Mauricii, oblatis sibi praeceptionibus anteriorum regum obsecutus, hanc sedem in defensionem et emunitatis tuitionem suscipit, ei res quondam abstractas, cellulam s. Symphoriani et villam Fasianam reddit et in supplementum canonicorum cellulas in honorem ss. Andreae et Nicetii constructas monasterium superius et monasterium medianum dictas concedit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia si sacerdotum'.

Aquisgrani pal., 14 kal. febr. a. 1, ind. 7.

Baluze capit. 2, 1404 n° 24 ex chartul. ad 814 = Le Cointe 7, 343 ad 815 = Bouquet 6, 473 n° 25. — Böhmer 242 ad 815.

815, 29 ian.

46 L. monasterium Corbeiense in pago Ambianensi in honorem ss. Petri et Stephani constructum, oblatam sibi ab Adalardo abbate immunitatem Karoli confirmans, in suae tuitionis et immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 4 kal. febr. a. 1, ind. 8.

Codex Corbie 18ª saec. 11 incip. in bibl. Parisiensi.
Beiträge zur Diplomatik 5, 399 n° 9 ex hoc codice.

Digitized by Google

815, 3 febr.

47* L. ob petitionem Tancradi abbatis auctoritatem Karoli sibi oblatam confirmans, monasterium Prumiam dictum a Pippino in honorem s. Salvatoris constructum in plenissimam tuitionem et immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si sacerdotum et servorum dei peticiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. febr. a. 2, ind. 8.

Liber aureus Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 53 n° 48. — Knauff 53 = Bertholet 2, preuves 55 = Hontheim 1, 166 n° 69. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 243 ad 815.

815, 12 febr.

48* L. auctoritatem sibi a Iusto abbate oblatam confirmans monasterio Carrofensi in Pictaviensi pago super fluvium Karentone a Rotgerio comite ad honorem Salvatoris constructo et Karolo delegato immunitatis suae atque tuitionis praeceptum monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 2 id. febr. a. 2, ind. 8.

Besly 164 ex tabul. monast. = Le Cointe 7, 354 = Bouquet 6, 474 n° 26. — Gallia christ. 2, instr. 348 n° 31. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 244 ad 815.

815, 22 febr.

49 L., petente Benedicto abbate, monasterio Anianensi a Benedicto in pago Magdalonensi ad honorem Salvatoris et s. Mariae constructo atque Karolo per cartam donationis delegato per suum praeceptum confirmat commutationes pari tenore scriptas et manibus bonorum hominum roboratas, quas rectores monasterii cum liberis hominibus fecerunt, et permittit ut in posterum quoque pari ratione commutationes faciant. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Aquisgrani pal. reg., 8 kal. mart. a. 2, ind. 8.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Vaissete 1, preuves 46 n° 26 ex chartul. — Bouquet 6, 475 n° 27 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 245 ad 815.

815, 28 febr.

50* L. auctoritatem Pippini sibi ab Hautone abbate oblatam confirmans, monasterio in silva Dervensi in pago Pertensi ad honorem ss. Petri et Pauli constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., 2 kal. mart. a. 2, ind. 8.

Chartularium Derv. saec. 13 incip. in arch. Calmontensi.

Bouquet 6, 476 n° 28 ex schedis D. de Sainte-Marthe. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 246 ad 815.

815, 5 mart.

51 L. auctoritatem Karoli sibi ab Adalungo abbate oblatam confirmans monasterio Laureshammensi in pago Renensi super fluvium Wisgoz in honorem ss. Petri et Pauli constructo, in quo s. Nazarius requiescit, suae immunitatis atque tuitionis praeceptum monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal., 3 non. mart. a. 2, ind. 8.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.

Cod. Laur. dipl. 1, 37 n° 17 ex chartul. — Böhmer 247 ad 815.

815, 5 mart.

52 L. ob petitionem Adalungi abbatis monasterii Laureshamensis in honorem s. Nazarii constructi auctoritatem patris sibi delatam confirmat, per quam Karolus monachis licentiam dedit in Rheno infra finem Hostat in loco Godenaugia piscandi et materiam ad faciendas vennas ibidem caedendi, simulque in Firnheim marcha viam a pago Lobodonensi usque ad Wisgoz fluvium cum licentia pontem super fluvium construendi concessit. — ‚Si imperialis dignitas praedecessorum'.

Aquisgrani pal., 3 non. mart. a. 2, ind. 8.

Chartul. Laureshan. saec. 12 in arch. Monacensi.

Cod. Laur. dipl. 1, 39 n° 18 ex chartul. — Böhmer 248 ad 815.

815, 18 mart.

53* L. ecclesiae veteris Traiecti in honorem s. Martini constructae, inspectis Karoli et Pippini superiorumque regum auctoritatibus quas Rixfridus episcopus imperatori obtulit, decimam condonatam ab antecessoribus partem omnium censuum ex mancipiis, terris, teloneis, negotiis quos fiscus exigere potuerit, confirmat hominesque ecclesiae sub eiusdem mundeburdo et a banno aut fredo aut coniecto verschat vocato immunes manere iubet. — ‚Imperialem celsitudinem decet praedecessorum'.

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. apr. a. 2, ind. 8.

Chartul. Traiect. saec. 11 in mus. Britannico et alterum saec. 14 in arch. Hannoverano.

Heda 45 (v. adnotat. Buchelii) = Le Cointe 7, 687 ad 824 = Le Mire 1, 498 c. a. 814 = Mieris 1, 11 ad 815. — Bréquigny ad 824. — Böhmer 371 ad 825, 16 mart.

Digitized by Google

815, 23 mart.

54* L., suggerente Madephrido, [de consilio fidelium suorum] statuit, ut Hartmannus comes tam res quas tempore Optarii abbatis monasterio Gorziae ad partem s. Stephani vel s. Petri vel s. Gorgonii in pago Scarponensi condonaverat, quam res quas precariae titulo acceperat, quamquam Magulphus episcopus et abbas monasterii ipsam precariam cassare voluit, diebus vitae suae per mundeburdum imperatoris secure possideat, ea conditione ut singulis annis censum quinque denariorum persolvat; nec si negligentius quando censum solverit, ideo has res perdat, sed emendato neglecto retineat. — ‚Cum iustum esse constat ut regalis'.

Aquisgrani pal. reg., 10 kal. apr. a. 2, ind. 8 [a. inc. 815, epacta 7].

Charta vitiata et additamentis suspecta in chartul. Gorz., cod. saec. 12 bibl. Mettensis.

Meurisse 185 ex exemplari = Bouquet 6, 477 n° 29. — Calmet 2, preuves 124. — Gallia christ. 13, instr. 381 n° 11 ex chartul. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 249 ad 815.

815, 21 mai.

55 L. monasterio Anianensi in pago Magdalonensi iuxta Montecalmense castrum a Benedicto abbate ad honorem Salvatoris et s. Mariae constructo et Karolo delegato, cui Senegildus abbas praeest, ex rebus suis tradit cellulam Casam-novam iuxta castrum Planitium in pago Ucetico super Cicer fluvium a Willelmo comite ad honorem s. Mariae aedificatam atque Karolo condonatam itemque cellulam Gordanicum haud procul ab altera constructam. — ‚Si liberalitatis nostrae munere'.

Aquisgrani pal. reg., 12 kal. iun. a. 2, ind. 8.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.

Mabillon acta ss. 5, 211 ex chartul. = Le Cointe 7, 694 = Tentzel app. 2 = Bouquet 6, 478 n° 30. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 250 ad 815.

815, 2 iun.

56* L. auctoritatem Karoli sibi ab Ainhardo abbate oblatam confirmans, monasterio Blandinio in pago Gandensi super Scaldim fluvium ad honorem ss. Petri et Pauli constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. iun. a. 2, ind. 8.

Le Mire 1, 131 n° 10. — Sander Gandavum (Bruxellis 1627 in 4°) 293 = Sander Flandria illustrata (Hagae 1732 in f°) 1, 276. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 251 ad 815.

Digitized by Google

[815] 3 iun.

57* L. emunitatem Karoli sibi a Theodulfo abbate prolatam confirmans, monasterio Cambidonae in honorem s. Mariae constructo plenissimam tuitionem et emunitatis defensionem concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. iun. a. 1, ind. 3.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boic. 28ª, 9 n° 5 ad 814. — Neugart 2, 3 n° 803 ad 814. — Böhmer 212 ad 814.

815, 10 iun.

58 L., petente Bernardo episcopo Viennensis ecclesiae in honorem s. Mauricii constructae, quinque eius naves per Rhodanum et Segonnam discurrentes ab omni teloneo solvendo liberat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia nos'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. iun. a. 2, ind. 8.

Baluze capit. 2, 1407 n° 27 ex chartul. = Le Cointe 7, 345 = Bouquet 6, 479 n° 32. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 252 ad 815.

815, 15 iun.

59* L. ob petitionem Thomae Albensium sive Vivariensium episcopi, eiusdem sedem in suam defensionem et immunitatis tuitionem recipit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei iustis petitionibus'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. iul. a. 2, ind. 8.

Copia recens in cod. biblioth. Carpentoractensis 443.

Columbi opusc. 198 ex arch. = Le Cointe 7, 345 = Bouquet 6, 479 n° 33. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 254 ad 815.

815, 18 iun.

60* L. Tetbertum abbatem et congregationem monasterii in pago Pictavensi ad honorem s. Maxentii, qui ibi requiescit, constructi in suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 14 kal. iul. a. 2, ind. 8.

Copia d. Fonteneau in bibl. Pictavensi.

Bouquet 6, 480 n° 34 ex copia vet. chartul. inter schedas bibl. s. Germani. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 255 ad 815.

815, iul.

[In loco Patherbrunna, m. iul. a. 2]: v. act. deperd. Corbeiense.

Digitized by Google

815, 16 iul.

61 L. ob petitionem Arnonis Iuvavensis ecclesiae archiepiscopi per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas manibusque bonorum hominum roboratas confirmat, per quas Arno ad partem ecclesiae s. Petri et s. Rudberti ab Haholdo eiusque uxore Berhtilda inter alias res MLX iugera in Ehemuotingen super Alezussam flumen, in Fiuhtan, in Chrilheim et in Askeringen sita accepit et invicem ex rebus ecclesiae Haholdo et Berhtildae iugera CDXX cum aedificiis mancipiis aliisque rebus in Puohpach in pago Isincowe et ad Puoche iuxta Outingas dedit. — ‚Si enim ea que fideles regni'.

Paderbrunna in Saxonia, 17 kal. aug. a. 2, ind. 8.

Liber cam. Salisb. saec. 13 exeuntis in arch. Vindobonensi. Kleimayrn Anhang 63 n° 18 ex hoc libro. — Böhmer 256 ad 815.

815, 22 iul.

62 L. ob petitionem Modoini Augustudunensis urbis episcopi, qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, ecclesiam s. Nazarii, cui Modoinus praeest, atque omnes eius res e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Paderbrunno in Saxonia, 11 kal. aug. a. 2, ind. 8.

Plancher 1, preuves 5 n° 4 ex chartul. = Charmasse 31 n° 20. — Gallia christ. 4, instr. 45 n° 6 = Bouquet 6, 481 n° 35. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 257 ad 815.

815, 1 aug.

63* L., petente Benedicto abbate monasterii s. Dalmatii extra Pedonae civitatem constructi, inspectis praeceptis et confirmationibus priorum regum, scilicet Theodelindae reginae, Bertarith et Grimowaldi, Cumperti et Luitprandi, Karuli quoque regis, quaecunque his praeceptis consignatae sunt possessiones monasterio suae auctoritatis privilegio confirmat. — ‚...vir venerabilis Benedictus'.

Franconofurd pal. reg., kal. aug. a. 2, ind. 7.

Mon. hist. patriae script. 3, praefatio: fragmentum quod Mairanesio abbas ex rationario temporum saec. 16 conscripto excerpsit.

815, 4 aug.

64* L. ob petitionem Benedicti abbatis monasterii Acutiani in territorio Sabinensi ad honorem s. Mariae constructi, qui sibi privilegium et confirmationes Karoli sancienda obtulit, decernit ut hoc monasterium, eodem modo atque monasteria secundum nor-

Digitized by Google

mam s. Benedicti in Francia constituta, omnes suas possessiones, quarum nonnullae hic enumerantur, sine introitu episcoporum aut aliorum hominum teneat, ut in perpetuum privilegio mundiburdo et defensione imperatoris fruatur, ut monachi licentiam abbatem eligendi habeant, atque ut quicquid ex copulatione servorum monasterii cum liberis feminis secundum legem Langobardorum ad publicum pertinere debuerit, monasterio concessum et confirmatum sit. — ‚Imperialem celsitudinem decet'.

Franconofurd pal. reg., 2 non. aug. a. 2, ind. 8.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.
Ex chronico: Muratori script. 2ᵇ, 364. — Duchesne script. 3, 654 = Le Cointe 7, 347. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 258 ad 815.

815, 4 aug.

Francofurt, 2 non. aug. ind. 8: v. act. deperd. Acutiani monasterii.

815, 26 oct.

65* L. auctoritatem Karoli sibi a Trasario abbate oblatam confirmans, monasterio Fontanellae in honorem ss. Petri et Pauli constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis.'

Niumaga pal. reg., 7 kal. nov. a. 2, ind. 9.

Martène ampl. coll. 1, 61 ex cod. Fontan. = Bouquet 6, 482 n° 37. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 259 ad 815.

[815] 11 nov.

66* L., deprecante Leidrado Lugdunensis ecclesiae praesule, qui monasterium antiquitus in insula Barbara ad honorem s. Martini constructum reaedificavit ibique monachos sub Campione abbate congregavit, monasterio immunitatis suae atque tuitionis praeceptum concedit simulque oblatam sibi Leidradi constitutionem sanciens praecipit, ut fratres omnes res coenobii indivisas possideant et pontificibus Lugdunensibus non amplius quam annuum unius librae argenti censum persolvant et potestatem habeant ex semet ipsis abbates eligendi qui ab episcopo benedictionem accipiant. — ‚Si petitionibus servorum dei pro quibuslibet'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. nov. [a. inc. 816] a. 3, ind. 9.

Exemplar mutilum instar autographi exaratum in cod. lat. 8837 bibl. Parisiensis.
Mém. de la soc. des antiquaires de France 3ᵉ série, 2, 258 ex eodem exemplari quod editor autographum esse credebat.

Digitized by Google

[815] 11 nov.

67 L. Campioni abbati vel congregationi monasterii s. Martini prope urbem Lugduni ad Sagonam constructi, quod Insula-Barbara vocatur, concedit ut nullum teloneum de tribus eorum navibus per Rhodanum aut Sagonam aut Dubim discurrentibus exigatur; addit ut nemini naves eorum, si quae forte frangantur, destruere aut spoliare liceat. — ‚Episcopis abbatibus... notum sit quia Campio'.

Aquisgrani pal. reg., 3 id. nov. [a. inc. 816] a. 3, ind. 9.

Charta diplomati Karoli VIII regis inserta quod exstat in arch. Lugdunensi.

Le Laboureur 45 ex dipl. Karoli = Bouquet 6, 483 n° 38. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 260 ad 815.

815, 19 nov.

68* L. ob petitionem Rotaldi Veronensis ecclesiae episcopi et Austerberti monasterii s. Zenonis abbatis, qui prolata Karoli confirmatione ostenderunt hoc monasterium incendio deletum a rege Pippino imperatoris fratre una cum Rotaldo in suburbio civitatis reaedificatum et dotatum esse, statuit ut congregatio monasterii omnes res ei delegatas sub imperatoris tuitione quiete possideat, pontifici singulis annis non amplius quam L solidos persolvat et licentiam abbates eligendi habeat; decernit insuper ut feminae liberae servis monasterii matrimonio copulatae a monasterio sine ulla contradictione possideantur. — ‚Imperialem condecet praedecessorum suorum pie facta'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. dec. a...., ind. 9.

Ughelli 5, 705 ex pervetusto exemplari archivi monasterii = Le Cointe 8, 168. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 261 ad 815.

815, 3 dec.

69* L. ob petitionem Theodemiri abbatis monasterio in pago Nemausensi in insula Psalmodio ad honorem s. Mariae et s. Petri constructo suae immunitatis atque tuitionis praeceptum monachisque licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. dec. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Nemausensi.

Bouquet 6, 484 n° 40 ex autogr. — Vaissete 1, preuves 47 n° 27 ex apogr. vitiato. — Gallia christ. 6, instr. 167 n° 3 ex eodem apogr. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 262 ad 815.

Digitized by Google

815, 3 dec.

70 L. ob petitionem Sigihardi abbatis qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium Salvatoris a Wolcanardo abbate in pago Donahgaoe in loco Berg constructum, rebus propriis dotatum et Karolo traditum e more antecessorum in suae tuitionis atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. dec. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boica 28ª, 11 n° 7. — Ried 1, 15 n° 19. — Fink die geöffneten Archive für die Gesch. Baierns (München u. Bamberg 1821) 3ª, 528 n° 1. — Böhmer 263 ad 815.

815, 8 dec.

71* L. qui ex auctoritate Karoli ab Olomundo abbate prolata cognovit, Olomundum in territorio Carcassensi super Duranum fluvium monasterium Malasti ad honorem s. Iohannis baptistae construxisse, deinde vero se una cum monachis tuitionis causa in manus Karoli commendasse, ob petitionem eius hoc monasterium et cellulam s. Martini ei subiectam in suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipit monachisque liberam abbatum electionem concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. dec. a. 2, ind. 8.

Bouquet 6, 485 n° 41 ex autogr. ad 815. — Baluze capit. 2, 1408 n° 28 ex arch. ad 815 = Le Cointe 7, 311 ad 814 = Tentzel app. 47 ad 815 = Mahul 1, 69. — Vaissete 1, preuves 48 n° 28 ex arch. ad 815. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 264 ad 815.

815, 14 dec.

72* L. ob petitionem Heitonis Baselensis ecclesiae episcopi et abbatis monasterii Sintleozesavia in ducatu Alamanniae in Undresinsi pago ad honorem s. Mariae et s. Petri constructi, immunitates Karoli sibi oblatas confirmans hoc monasterium in immunitatis suae defensionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 19 kal. ian. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Argentinensi.

Ex autographo: Schöpflin 1, 63 n° 78 ad 816. — Grandidier 2, preuves 161 n° 89 ad 816 = Neugart 1, 159 n° 188 = Trouillat 1, 94 n° 49. — Böhmer 265 ad 815.

815, 20 dec.

73 L. ecclesiae Viennensi in honorem s. Mauricii constructae, cui Bernardus archiepiscopus praeest, res quasdam olim abstractas

Digitized by Google

in Dalforiana villa in Vasionensi pago sitas reddit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. ian. a. 2, ind. 9.

Le Cointe 7, 360 = Bouquet 6, 486 n° 42. — Bréquigny ad 815. — Böhmer 266 ad 815.

815, dec.

74* L., interveniente Haitone episcopo, servo suo Engilberto in fisco Scuznigawe nutrito et in parochia Constantianensi presbytero ordinato potestatem dat, ut quicquid in pago Linzgawe in territorio villae Duringae conquisiverit, monasterio Sindleoscesauvae sollenniter tradat. — ‚Si petitiones sacerdotum ac servorum dei'.

Aquisgrani pal. reg.,... ian. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Karlsruhiano.

Dümgé 67 n° 1 ex autogr. ad 816 = Wirtemb. Urkb. 1, 83 n° 74.

816, 13 ian.

75* L. ob petitionem Doddonis abbatis, qui cellulam ancillarum in pago Albinsi super Vizuzia fluvium ad honorem s. Mariae et ss. Petri et Michaelis constructam et Bodonis monasterium vocatam in regimine habet, oblatam sibi immunitatem Karoli confirmans hanc cellulam e more antecessorum in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., id. ian. a. 2, ind. 9.

Ex chartul. Andelav. saec. 14: Schöpflin 1, 62 n° 77. — Grandidier 2, preuves 159 n° 88. — Böhmer 267 ad 816.

816, 27 ian.

76 L. ob petitionem monachorum monasterii s. Galloni in pago Durgaowe super Petrosam constructi, praecepto Karoli sibi oblato obsecutus iterum litteras confirmat, per quas Sidonius Constantiae urbis episcopus et Iohannes abbas inter se convenerant, ut abbates monasterii episcopis in censum annuum non amplius quam unam auri unciam et caballum libra una aestimatum persolverent et ut monachi dato hoc censu nullam rerum suarum imminutionem paterentur. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 6 kal. febr. a. 2, ind. 9.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 208 n° 218 ex aut. — Neugart 1, 156 n° 185 ex copia. — Böhmer 268 ad 816.

816, 5 febr.

77 L. cui Arno Iuvevensis ecclesiae archiepiscopus immunitates Karoli sanciendas obtulit, eiusdem sedem vel ecclesiam s. Petri,

Digitized by Google

in qua s. Hruotberti corpus requiescit, cum omnibus possessionibus in immunitatis suae defensionem suscipit. — ‚Cum petitionibus sacerdotum iustis'.

Aquisgrani pal. reg., non. febr. a. 3, ind. 9.

Autogr. in arch. Vindobonensi.

Kleimayrn Anhang 65 n° 19 ex libro camerae. — Böhmer 269 ad 816.

816, 5 febr.

78* L., petente Arnone episcopo, ecclesiae s. Mariae Frisingensi, cui [Hatto] episcopus praeest, reddit et confirmat cellulam Hinticham, quae ab Hattone quondam Frisingensi in confinio Tiburniensi ad fontem Dravi fluvii in honorem ss. Petri et Candidi constructa et Frisingensi ecclesiae tradita erat, postea autem de iure huius ecclesiae abstracta ab Arnone episcopo beneficii nomine possidebatur. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., non. febr. a. 3, ind. 9.

Chartul. Fris. saec. 12 exeuntis in arch. Monacensi.

Ex hoc chartulario: Mon. Boica 31, 32 n° 13. — Meichelbeck 2, 252 n° 479 = Resch 2, 67 ad 815.

816, 10 febr.

79 L. cui quidam ex Hispanis in regnum susceptis querimoniam in duo capitula divisam detulerunt, quorum uno conquesti sunt, quod potentiores eorum qui in palatio praecepta regalia de iuribus Hispanorum accepissent, horum praeceptorum auctoritate freti minores ex locis ab ipsis occupatis et excultis depellere aut in servitium redigere conarentur, altero quod illi qui comitibus et vassis imperatoris aut vassis comitum commendati ab his deserta loca ad excolendum accepissent, timere deberent, ne rursus ex terris a se excultis depellerentur, decernit ut non solum ii qui praecepta illa acceperint, sed omnes qui illo tempore erema loca occupaverint et excoluerint itemque eorum posteri illa loca quiete possideant, deinde ut ii qui postea venerint et terras ab iis quibus commendati fuerint acceperint, ut et ipsi et posteri eorum has terras eadem conditione qua eas adepti sint in futurum possideant. Huius constitutionis omnibus Hispanis, et qui adsint et qui immigraturi sint, concessae VII praecepta uno tenore conscripta Narbonae, Carcassonae, Roscilionae, Empuriis, Barchinonae, Gerundae atque Biterris conservari, exemplar autem unum in archivo palatii reponi iubet. — ‚Notum sit omnibus... quia postquam Hispani'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. febr. a. 3, ind. 9.

Baluze capit. 1, 569 = Le Cointe 7, 361 = Bouquet 6, 486 n° 43 = España sagrada 43, 369. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 270 ad 816.

Digitized by Google

816, 10 febr.

80* L. ob petitionem Hildebaldi Matisconensis ecclesiae episcopi, per suas litteras omnibus ex sua largitione beneficia ex terris huius ecclesiae habentibus praecipit, ut episcopis secundum iussionem iam dudum factam singulis annis nonas et decimas persolvant et pro viribus quisque ad restaurandas ecclesiae domus adiutorium conferant. — ‚Noverit utilitas fidelium... quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. febr. a. 3, ind. 9.

Cod. Bouhier 44 in bibl. Paris. et chartul. saec. 18 in arch. Matisconensi.

Gallia christ. 4, instr. 265 n° 4 ex cod. Bouhier = Bouquet 6, 487 n° 44. — Cartul. de S. Vincent 45 n° 57 ex chartul. arch. Matisc. — Bréquigny ad 816. — Böhmer 271 ad 816.

816, 10 mart.

162 L., petente et ambasciante Hilduino sacri palatii summo capellano et abbate monasterii s. Dyonisii, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas ex ratione monasterii sui Hahirrado certos bunuarios terrae arabilis in villa Bagerna in pago Camliacensi dedit et invicem ab illo ad partem monasterii certos bunuarios in eadem villa sitos accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Silviaco pal. reg., 11 kal. nov. a. 7, ind. 14.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Tardif 80 n° 114 ex autographo.

829, 29 oct.

163 L. ob petitionem Inchadi Parisiacae ecclesiae episcopi, prolato sibi Karoli praecepto suam quoque auctoritatem iungit, per quam rectores ecclesiae perinde ac per strumenta incuria custodum concremata aut perdita omnes possessiones ab ecclesia iure possessas secundum leges defendant. — ‚Si petitionibus sacerdotum in quibuslibet'.

Carisiaco pal. publiciter, 4 kal. nov. a. 7.

Parvum pastorale saec. 13 in arch. Parisiensi.

Baluze capit. 2, 1419 n° 37 ex p. past. = Le Cointe 7, 535 = Bouquet 6, 522 n° 97. — Cartul. de N. D. de Paris 1, 263 n° 19 ex p. past. — Layettes 1, 9 n° 7 ex copia. — Bréquigny ad 820. — Böhmer 335 ad 820.

821, 8 febr.

164 L. monasterium suum Endam in Arduenna silva ad honorem Salvatoris constructum, cui Benedictus abbas praeest, ab omni teloneo solvendo eximit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia concessimus'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., 6 id. febr. a. 8, ind. 14.

Autogr. in arch. Dusseldorpino.

Lacomblet 1, 20 n° 41 ex autogr. — Martène ampl. coll. 1, 76 ex manuscr. — Le Mire 3, 288. — Lünig 18, 725 n° 2. — Bréquigny ad 821. — Böhmer 336 ad 821.

821, 15 febr.

165 L. cui Cozbertus abbas monasterii s. Galli retulit, villam Uhcinriudam, quam Pieta eiusque filius Lanprehtus monasterio contulerant, temporibus Iohannis episcopi et abbatis cum fisco regio Turigo coniunctam esse, postquam inquisitione et relatione a Geroldo facta monasterium iniuste hac villa spoliatum esse cognovit, eam, ambasciantibus Hildoino et Matfrido, monasterio restituit et confirmat. — ‚Cum iustis servorum dei petitionibus'.

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. mart. a. 8, ind. 14.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 249 n° 263 ex autogr. — Neugart 1, 179 n° 208 ex cod. tradit. — Böhmer 337 ad 821.

821 [mai.]

166* L. litterae ad Bernowinum Crisopolitanae ecclesiae archiepiscopum, per quas, cum in sacrosancto concilio et sollemni populi conventu statutum sit ne qua servilis conditionis persona ad gradum presbyterii promoveatur, ei et eius successoribus et suffraganeis potestatem concedit, ut servos in parochiis ipsorum commanentes qui ad presbyteratus ordinem eligantur, coram eorum dominis ex iugo servitutis exsolvant, cives Romanos eos proclament eisque libellos manumissionis et perfectae ingenuitatis more solito conscriptos tradant. — ‚Venerabili in Christo... neminem in universo genere humano'.

Ex Niumaga, a. 8, ind. 14.

P. F. Chifflet opuscula quatuor cum appendice de concilio Niumagensi (Parisiis 1679 in 8°) 232 ex vet. cod. Vesontionensis ecclesiae.

821, 4 iun.

167* L. monachis monasterii s. Maximini prope Aurelianum constructi locum quendam in portu Vitrariae super Taurucum fluvium in pago Erbadilico concedit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia nos'.

Niumaga pal. publ., 2 non. iun. a. 8, ind. 14.

Summa chartae ex chartul. excerpta in coll. Moreau, in bibl. Parisiensi.

821, 16 iul.

168 L. cui Fulquinus villam Meineburum in pago Engrisgoe habitans retulit se res, quas cum exercitu contra Sclavos iturus

Digitized by Google

Theuthardo cartolario imperatoris ea conditione tradidisset, ut domum reversus eas reciperet, defuncto interea Theuthardo in ius imperatoris redactas invenisse, imperator, cum investigatione ab Hagunone vasallo facta rem ita se habere cognosset, praecipit ut Fulquinus praedictas res in vestituram iuris imperatorii iam acceptas iterum obtineat et ex hac auctoritate quiete possideat. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit vobis'.

Aquisgrani pal. reg., 17 kal. aug. a. 8, ind. 14.

Liber aur. Prumiensis saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 59 n° 53. — Martène ampl. coll. 1, 78. — Bréquigny ad 821. — Böhmer 338 ad 821.

821, 28 iul.

169* L. cui Teutpaldus monasterii s. Mauricii in loco Altacha constructi abbas retulit, res et homines monasterii huc usque per defensionem Karoli quietos absque ulla iniusta interpellatione fuisse, ob petitionem abbatis pariter eum eiusque res et homines in suae tuitionis sermonem suscipit. — ‚Notum sit omnibus episcopis... qualiter'.

Prumia monasterio, 5 kal. aug. a. 8, ind. 14.

Autogr. in arch. Monacensi.

Mon. Boica 11, 103 n° 4 ex aut. — Hund-Gewold 2, 7 n° 2 = Le Cointe 7, 577. — Bréquigny ad 821. — Böhmer 339 ad 821.

[821, oct.]

170 L. capitulare ad Theodonis villam. — ‚Si servi per contumatiam'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 229 = Migne 1, 443.

[821, oct.]

171 L. Amingo, qui nefandi consilii Bernardi regis Italiae particeps una cum aliis infidelibus ex sententia procerum Francorum debitam subiit poenam, libertatem et res antea legaliter possessas reddit. — ‚Nulli praesentium fidelium... ambiguum est'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 63 n° 40. — Carpentier 66 n° 39 = Bouquet 6, 653 n° 39. — Bréquigny pag. 202. — Conf. Einh. ann. in M. G. h. 1, 208.

821, 6 nov.

172 L., petente et ambasciante Hilduino sacri palatii summo capellano et abbate monasterii s. Dionisii Parisiacensis, per suum

Digitized by Google

praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmat, per quas abbas ex ratione monasterii sui Richbodoni duos bunuarios terrae arabilis in Lincono villa in pago Vilcasino dedit et invicem ad partem monasterii duos alios bunuarios in eodem loco sitos ab illo accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Theodonis villae pal. reg., 8 id. nov. a. 8, ind. 15.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Kopp pal. crit. 1, 389 ex aut. — Tardif 81 n° 116 ex aut. — Specimen script. in Mabillon dipl. 398. — Böhmer 341 ad 821.

[821, nov.]

173* L., petente Hilduino sacri palatii summo capellano atque abbate monasterii s. Dyonisii sive cellae s. Privati, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmat, per quas abbas ex ratione monasterii s. Dyonisii sive s. Privati Salnensis Hildulfo certas res in pagis Salnensi et Scarbonensi in Watcurte et in finibus Dodiniaco, Inguriaco, Frucelensi sitas dedit atque invicem ad partem monasterii alias res in iisdem pagis in Sigramnocurte et in fine Silcinago sitas, quas Hildulfus ab Imma matre hereditaverat aut cum fratribus et sororibus commutaverat, ab eo accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

S. a. d. l.

Autogr. mutilum in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Mabillon dipl. 513 n° 66 c. a. 822 = Tentzel app. 5 = Bouquet 6, 533 n° 114. — Félibien 47 n° 59 c. a. 822. — Tardif 92 n° 132. — Bréquigny ad 822.

822, 8 febr.

174* L. ob petitionem ab oratore suo Deusdedit episcopo Mutinensi per Willihiarium presbyterum missam, ecclesiae eiusdem s. Geminiano dicatae, inspectis priorum regum donationibus vel confirmationibus, omnes res a Cuniberto, Liutprando, Ratgiso, Desiderio, Hildeprando regibus, a Karolo imperatore sive ab aliis hominibus donatas per suam auctoritatem confirmat atque in suam successorumque defensionem suscipit; insuper privilegium de eligendo ex clero ipsius ecclesiae episcopo concedit. — ‚Si petitionibus sacerdotum ac servorum dei'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. febr. a. 9, ind. 15.

Autogr. in arch. capituli Mutinensis.

Muratori antiqu. 1, 771 ex archetypo ad 822. — Ughelli 2, 95 ad 823 = Le Cointe 7, 584 ad 822. — Tiraboschi Modena 1, cod. dipl. 21 n° 16. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 343 ad 822.

Digitized by Google

[ante 822.]

175* L. fratribus in Aniano sive Gellone monasterio constitutis scribit, omnium fratrum consensu Tructesindum abbatem esse electum comperisse se ex relatione Agobardi archiepiscopi, qui una cum Nibridio archiepiscopo ei electioni interfuerit; huic electioni se suum assensum praebere moncreque Tructesindum et monachos ut regulam et pacem observent, se contra promittere immunitatis et liberae electionis praecepta a se intacta servatum iri. — ‚Venerabilibus fratribus... proxime accidit'.

S. a. d. l.

Chartul. Anianense in arch. Monspeliensi.
D'Achery opera Guiberti 623 ex tabul. Anian. = Le Cointe 7, 641 ad 822 = Mabillon ann. 2, 474. — Baluze capit. 1, 623 c. a. 821. — Vaissete 1, preuves 56 n° 38 ex arch. Anian. ad 822. — Bouquet 6, 335 n° 2 ex schedis Mabillonii ad 822. — Bréquigny ad 822.

822, 19 mart.

176* L., conquerente Tructesindo monasterii Anianensis abbate quod homines monasterii vario modo infestentur neque per praeceptum immunitatis defensionem habeant, cum iudices immunitate claustrum solum comprehendi praetendant, per mandatum decernit ut non solum ad aedificia immunitatis nomen pertineat sed ad omnes res sive fossis sive saepibus sive alio modo circumcinctas, ita ut quotiescunque intra huiusmodi munimenta damnum fiat, immunitas fracta esse iudicetur et damni auctori compositio DC solidorum imponatur, damnum autem in rebus ecclesiae non munitis factum secundum legem loci puniatur; monet insuper iudices ne homines monasterii alio modo inquietare velint. — ‚Omnibus comitibus... notum vobis sit quod'.

Aquisgrani pal., 14 kal. apr. a. 9, ind. 15.

Chartul. Anianense in arch. Monspeliensi.
Vaissete 1, preuves 58 n° 39 ex chartul. — Bouquet 6, 526 n° 104 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 344 ad 822.

822, 20 mart.

177* L. monasterio Anianensi in pago Magdalonensi in honorem Salvatoris, s. Mariae aliorumque ss. constructo, cui nunc Tructesindus abbas praeest, ex rebus suis tradit et sub immunitatis nomine concedit in pago Ludovensi cellulam Gellonis a Willelmo comite in causa Karoli constructam et villam Magarantiate et pa-

Digitized by Google

sturam in Castris, in pago Beterensi fiscum Miliacum cum ecclesia s. Paragorii et Miliciano villa, in pago Magdalonensi Montecalmense castrum cum ecclesia s. Hilarii et omnibus appendiciis, exceptis ingenuorum hominum proprietatibus, in pago Agatensi fiscum Sita vocatum, in pago Narbonensi salinas quas missus Leybulfus comes designavit, cellam s. Martini intra muros Arelatensis civitatis cum omnibus appendiciis in eodem pago aut in Avenionensi pago sitis, locum Morenatum in Arausione pago, Massaciam villam cum appendiciis; insimul iubet ut procuratores villarum congregationi singulis annis sex ad decem olei modia persolvant. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. apr. a. 9, ind. 15.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.
Bouquet 6, 527 n° 105 ex schedis Mabillonii. — Vaissete 1, preuves 59 n° 40 ex chartul. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 345 ad 822.

822, 2 apr.

178 L. ob petitionem a Baderado episcopo missam, eius ecclesiam in loco Paderbrunno ad honorem s. Mariae et s. Ciliani constructam sub suam tuitionem et immunitatis defensionem constituit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. apr. a. 9, ind. 15.

Autogr. in arch. Berolinensi.
Ex autographo: Wilmans 1, n° 6. — Erhard 1, cod. 4 n° 3. — Schaten 1, 17. — Conring 13 = Le Cointe 7, 585. — Ectypon in Schrifttafeln der Berliner Univ. Bibliothek. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 346 ad 822.

822, 18 mai.

179 L. ob petitionem Hieremiae Senonicae ecclesiae archiepiscopi, qui retulit monachos cellarum s. Petri et s. Iohannis et s. Remigii episcopio subiectarum disciplinam observare non posse, quoniam superiores episcopi inopia coacti res harum cellarum iam pristina divisione imminutas in usus proprios applicaverint, per suam constitutionem decernit, ut nulli episcopo res monachis deputatas et in libellum ab Hieremia et coepiscopis subscriptum digestas eis subtrahere aut in beneficium dare aut in proprios usus convertere liceat, salva tamen ecclesiastica episcopi auctoritate et potestate cellas gubernandi, abbates constituendi vel etiam, si opus sit, mutandi. — ‚Si illius amore cuius munere ceteris'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. iun. a. 9, ind. 15.

Autographum in cod. bibl. Paris. lat. 8837.

Ex autographo: Baluze 2, 1420 n° 38. — Le Cointe 7, 586. — Mabillon ann. 2, 476 = Bouquet 6, 529 n° 107 = Cartul. de l'Yonne 1, 33 n° 17. — Specimen script. in Mabillon dipl. 395 et in Silvestre 3, 79. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 347 ad 822.

[822] 29 iun.

180* L., petentibus Adaleodo abbate monasterii s. Amandi et Aldrico abbate, quem imperator ad confirmandam in hoc monasterio regulam s. Benedicti misit, fratribus congregationis ad procurandas eorum necessitates certas res deputat et sine diminutione sub imperiali tuitione possidendas confirmat, scilicet mansos CCXXIV in pagis Ostrebantensi, Bracbatensi et Menpisco, et Barisiacum in pago Laudunensi atque nonam partem omnium coenobii proventuum. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis.'

Stratella villa, 3 kal. iul. a. 8, ind. 15.

Chartul. s. Amandi saec. 14 in arch. Insulensi.

Mabillon acta ss. 5, 63 ex tabul. Elnonensi ad 822 = Le Cointe 7, 656 = Bouquet 6, 530 n° 108. — Bréquigny ad 812 et 822. — Böhmer 348 ad 822.

822, 14 aug.

181* L. ob petitionem Tructesindi abbatis monasterio Anianae in honorem Salvatoris et s. Mariae constructo praeceptum dat de Cinciano villa in Biterrensi pago sita, quam ab Arnaldo comite acquisitam et monasterio per wadium donatam, mortuo vero comite a missis ad partes fisci revocatam iam Benedicto abbati tradidit. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia'.

Carbonaco villa pal. reg., 19 kal. sept. a. 9, ind....

Chartul. Anianense in arch. Monspeliensi.

Mabillon ann. 2, 724 n° 46 ex tabul. Anian. = Bouquet 6, 531 n° 109. — Vaissete 1, preuves 61 n° 41 ex chartul. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 349 ad 822.

[822, aug.]

182 L. capitulare Attiniacense. — ‚Dei igitur omnipotentis inspiratione'. S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 231 = Migne 1, 445.

822, 11 sept.

183* L., mortuo Bonito viro religioso qui in loco eremo pagi Bisudunensis Baniolas dicto, ab Odilone comite ei concesso ecclesiam in honorem s. Stephani construxerat ibique monachos congregaverat, Mercoralem ex constitutione Nibridii archiepiscopi ab-

Digitized by Google

batem huius monasterii electum atque a Rampone comite in manus imperatoris commendatum una cum eius monasterio in mundeburdum atque immunitatis tuitionem recipit monachisque licentiam abbatem eligendi concedit — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Attiniaco pal. reg., 3 id. sept. a. 9, ind. 1.

España sagrada 43, 367 ex apogr. coaevo. — Baluze capit. 2, 1424 n° 41 ex arch. monast. ad 823 = Tentzel app. 52. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 350 ad 822.

[post 822, sept.]

184* L. monasterio s. Lifardi Mageduno vocato, cuius regimen penes comitem Matfridum est, res quasdam confirmat, quae cum monasterio a Hlothario quondam rege donatae, deinde vero temporibus Karoli ab abbate quodam filio suo in beneficium datae itaque manibus rectorum ereptae essent et a posteris Ragumberni vassalli contra legem tenerentur, cum iam Odolmarus advocatus monasterii in generali placito Attiniaci habito eas repetiisset, inquisitione per missos imperatoris facta atque chartis quas Matfridus obtulerat examinatis, ex sententia ducum et comitum in placito congregatorum monasterio redditae sunt. — ‚Notum sit omnibus... qualiter cum nos'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 2, 548 n° 451. — Carpentier 68 n° 40 = Bouquet 6, 653 n° 40. — Bréquigny pag. 202.

822, 28 sept.

185* L. ob petitionem Petri abbatis qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium s. Christinae prope villam regiam Ollonnam sub suae immunitatis defensione consistere iubet. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Cispiacho in Ard[en]na, 4 kal. oct. a. 9, ind. 1.

Le Cointe 7, 588 ex registro chart. — Baluze capit. 2, 1422 n° 39 ex eodem reg. = Tentzel app. 51. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 351 ad 822.

822, 27 oct.

186* L., ambasciante Suizgario, Adonem forestarium suum eiusque pares qui foresti in Vosago provident, a certis publicis functionibus immunes reddit, quae a liberis quaeque a servis forestariis solvenda sint constituit et eos, exceptis causis criminalibus, a districtione comitum liberat. — ‚Omnibus praelatis... notum sit quia forestarios'.

Digitized by Google

Fulcolingas, 6 kal. nov. a. 9, ind. 1.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 37 n° 26. — Carpentier 56 n° 30 = Bouquet 6, 648 n° 30.

822, 1 nov.

187 L. auctoritatem patris sibi a Theodberto Massiliensi episcopo oblatam confirmat, per quam Karolus ecclesiae s. Victoris, in qua eius corpus humatum est, omne teloneum quod fiscus in villa Leonio nec non de navibus ex Italia apud ipsam ecclesiam appulsis exspectare potuerit, concessit. — ‚Omnibus fidelibus... notum esse volumus vestre industrie'.

Isemburgo pal. reg., kal. nov. a...., ind. 1.

Chartul. maius monast. s. Victoris c. a. 1100 conscriptum in arch. Massiliensi.
Ex chartulario: Cartul. de S. Victor 1, 12 n° 11. — Bouquet 6, 532 n° 113. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 352 ad 822.

822, 19 dec.

188 L. ob petitionem Volfgari Wirziburgensis ecclesiae episcopi oblatam sibi auctoritatem Karoli confirmans, eandem ecclesiam in suae immunitatis defensionem suscipit. — ‚Cum petitionibus servorum dei pro quibuslibet'.

Francunofurt pal. reg., 14 kal. ian. a. 9, ind. 1.

Autographum in arch. Monacensi.
Mon. Boica 37, 4 n° 5 ex aut. ad 823. — Eckhart 2, 881 n° 6 ex aut. ad 822. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 353 ad 822.

822, 19 dec.

189 L. ecclesiae s. Salvatoris Wirziburgensi, oblatis a Vulgario episcopo duobus Karoli praeceptis, quorum uno XXV basilicae, quarum nomina hic inseruntur, et monasterium s. Mariae in Karloburgo a Karlomanno tradita confirmantur, altero vero res et decimae et heribanna pagensium a Karlomanno vel Pippino rege vel ab aliis hominibus delegata corroborantur, omnes possessiones his praeceptis enumeratas denuo confirmat. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

Francunofurt pal., 14 kal. ian. a. 9, ind. 1.

Autographum in arch. Monacensi.
Mon. Boica 28ª, 16 n° 11 ex aut. ad 823 = Wirtemb. Urkb. 1, 101 n° 87. — Eckhart 2, 882 n° 7 ex tribus chartul. Wirzib. ad 822 = Ussermann cod. prob. 10 n° 9 ad 823. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 354 ad 822.

Digitized by Google

[822] 25 dec.

190 L. per suum praeceptum confirmat commutationes pari tenore conscriptas, per quas permittente imperatore Wicbaldus comes Vulchero episcopo ad partem s. Salvatoris et monasterii s. Kyliani dedit quicquid in marcha villarum Quirnaha et Bleiclfeld habuit et accepit invicem ad partem beneficii sui ab episcopo certas res monasterii in villa Sterihirobracge in pago Gozfeld, in villa Sulzheim et in Asenhus atque in pago Gollahgewi in villis Angaranheim et Wigenheim sitas. — ‚Si enim ea quc fideles'.

Franconovurdi pal. reg., 8 kal. ian. a. 10, ind. 1.

Liber albus Wirzib. et chartularium Lupoldi de Bebenburg in arch. Monacensi.

Mon. Boica 31, 50 n° 20 ex chart. L. de B. et ex libro albo ad 823. — Eckhart 2, 883 n° 8 ex chartul. ad 823. — Bréquigny ad 822. — Böhmer 355 ad 822.

[822.]

191 L. capitulare de causis monasterii s. Crucis Pictaviensis. — ‚Ut a nemine praedictae sanctimoniales'.

S. a. d. l.

Mabillon anal. vet. (editio 1ª, Parisiis 1675) 1, 299 ex cod. monast. qui dicitur testamentum s. Radegundis = Baluze capit. 1, 629 = Le Cointe 7, 644 = Mabillon ann. 2, 476. — Bréquigny ad 822. — Conf. act. dep. mon. s. Crucis Pict.

[823.]

192* L, postulante Williberto archiepiscopo, ecclesiae eiusdem s. Mariae dicatae ad dilatanda canonicorum claustra quandam fisci terram monasterio contiguam, de qua hactenus census ad opus imperatoris solvebatur et cuius termini hic describuntur, concedit atque confirmat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 184 n° 146. — Carpentier 18 n° 2 = Bouquet 6, 634 n° 2. — Bréquigny pag. 201.

[ante 823.]

193 L. Ursum et Iohannem Parmae civitatis habitatores, quos Piriteus a vinculo servitutis absolvit et liberos constituit, atque alterum Iohannem eorum propinquum, qui huius absolutionis testamenta imperatori obtulit, cum omnibus eorum rebus et hominibus in suae defensionis mundeburdum suscipit. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia vos'.

Digitized by Google

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 15 n° 15. — Carpentier 80 n° 51 = Bouquet 6, 659 n° 51. — Bréquigny pag. 202.

823, 8 ian.

194 L. qui, cum Lantbertus comes retulisset quasdam res marchae ad monasterium suum Orombach dictum pertinentes Karoli temporibus a Nantchario actore dominico fisci Franconofurd proprisione occupatas esse, filio suo Hlothario imperatori atque Mantfredo hanc causam inquirendam commiserat, et cum Wyrundus illius monasterii abbas iterum de hac re conquestus esset, rursus Matfredum eam inquirere iusserat, inquisitione facta et testimoniis Hruotberti comitis et Gheroldi actoris fisci aliorumque hominum hac de causa auditis, marcham monasterio reddendam esse decernit. — ‚Notum esse volumus cunctis... quia adiens'.

6 id. ian. a. 9; s. l.

Ex chartul. saec. 15: Mon. Boica 31, 48 n° 19 ad 822. — Acta Palat. 6, 250 n° 5 ad 822. — Croll 1, 98. — Tabouillot 4, 23 ad 821. — Böhmer cod. 2 ad 823. — Böhmer 342 ad 822.

823, 12 iun.

195 L., petente Gotafrido abbate, monasterio s. Gregorii, quod alio nomine Confluens vocatur, partem forestis fisci Columbarii, cuius termini hic describuntur, concedit atque confirmat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Franconovurti pal. reg., 2 id. iun. a. 10, ind. 1.

Vidimus a. 1503 in arch. Colmariensi.
Mabillon ann. 2, 724 n° 47 ex autographo = Bouquet 6, 534 n° 116. — Laguille 2, preuves 43 ex aut. — Schöpflin 1, 69 n° 85 ex aut. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 357 ad 823.

823, [12] iun.

196* L., ambasciante Matfrido, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Bernoldus Strazburgensis episcopus res ecclesiae suae in pago Alsacensi in marcha Bodolesvillare sive Pleanungovillare in villa Velfine sitas cum XII mancipiis Erkingario comiti dedit et invicem ab eo ad partem episcopatus certas res in villis eiusdem pagi Duminheim, Liutpoteshaim, Wittineshaim, Creacheshaim, Platpoteshaim sitas cum totidem mancipiis accepit. — ‚Si enim ea que fideles imperii'.

Franconofurd pal. reg., [2] id. iun. a. 10, ind. 1.

Autogr. in arch. Argentinensi.
Schöpflin 1, 71 n° 87 ex chartul. Andelaviensi saec. 14. — Grandidier 2, preuves 174 n° 95 ex eodem chartul. — Böhmer 362 ad 823.

Digitized by Google

823, 19 iun.

197* L. litterae ad Adelrammum Iuvavensem archiepiscopum, per quas, cum statutum sit ne qua servilis conditionis persona ad gradum presbyterii promoveatur, ei eiusque successoribus potestatem concedit, ut servos in tota dioecesi commanentes qui ad presbyteratus ordinem eligantur, coram eorum dominis ex iugo servitutis exsolvant, cives Romanos eos proclament eisque libellos manumissionis et perfectae ingenuitatis tradant more solito conscriptos, addito tamen eum qui ordinis sui praevaricator comprobatus sit in servitutem revocatum iri. — ‚Venerabili viro... neminem in genere humano'.

Franconofurd pal., 13 kal. iul. a. 10, ind. 1.

Exemplar in arch. Vindobonensi.
Kleimayrn Anhang 78 n° 24 ex libro cam. Salisb. — Böhmer 358 ad 823.

823, 21 iun.

198* L. qui rex in Aquitania constitutus Possedonio Orgeletanae sedis episcopo loca erema ad construenda monasteria concessit, petente episcopo et offerente per Matfredum comitem priora Ludowici praecepta, monasterium s. Gratae ab episcopo super Bosegiam fluvium ad honorem s. Mariae reaedificatum cum cellula s. Fructuosi aliisque rebus sicut reliqua Septimaniae monasteria suum proprium esse declarat, sub sua dominatione, tuitione, immunitate et ab omni episcoporum, comitum, missorum potestate liberum esse vult monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si illius amore cuius munere'.

Franconofurd pal. reg., 11 kal. iul. a. 10, ind. 1.

Marca app. 767 n° 4 ex authentico. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 360 ad 823.

823, 22 iun.

199 L. ob petitionem Adalungi abbatis monasterio Laureshamensi in honorem s. Nazarii constructo ecclesiam in villa Siggenheim in pago Lobotengowe sitam, quam Warinus quondam comes ad partem fisci acquisivit et Widegowo comes beneficii nomine habuit, concedit atque confirmat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Franchonofurt pal., 10 kal. iul. a. 10, ind. 1.

Chartul. Lauresh. saec. 12 in arch. Monacensi.
Cod. Laur. dipl. 1, 50 n° 22 ex chartul. — Böhmer 356 ad 823, 22 ian.

Digitized by Google

823, 28 iun.

200* L. Reginhario Pataviensi episcopo vel ecclesiae s. Stephani auctoritatem dat, [per quam certas res a Karolo Waldarico episcopo in regno Hunorum sive in provincia Avarorum concessas, post mortem imperatoris a marchionibus ereptas, nuper autem iusto iudicio evindicatas huic ecclesiae denuo confirmat]. — ‚Nullum fidelium nostrorum ambigere'.

Franchonofurt, 4 kal. iul. a. 10, ind. 1 [a. inc. 823].

Exemplaria duo tenoris conficti c. a. 900 exarata in arch. Monacensi. Mon. Boica 30, 381 n° 4 ex iisdem exempl. = Urkb. ob der Enns 2, 8 n° 5. — Hansiz 1, 155 ex copia Lazii. — Buchinger Gesch. des Fürstenthums Passau (München 1816 in 8°) 2, 483. — Böhmer 361 ad 823.

823, 27 iul.

201* L. qui ad imperii solium sublimatus, ad confirmandam in partibus Saxoniae Christianae religionis fidem Adelhardum senem Corbeiae monasterii abbatem eiusque fratrem Walonem monasterium in villa regia Huxeri super Wiseram construere iusserat atque hoc monasterium et ipsum Corbeiam dictum reliquiis b. Stephani ex sacri palatii capella missis ditaverat, ei villam Huxeri et omnes res in hac provincia a Saxonibus aut novae aut veteri Corbeiae collatas tradit et confirmat simulque rectoribus licentiam cum quibuslibet liberis hominibus commutandi, monachis vero licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Neminem fidelium nostrorum dubitare credimus'.

Ingelinheim pal. reg., 6 kal. aug. a. 10, ind. 1.

Chartularia Corbei. saec. 10 et saec. 15 in arch. Monasteriensi. Schaten 1, 74 ex autogr. — Wilmans 1, n° 7 ex chart. s. 10. — Erhard 1, cod. 6 n° 5 ex chart. s. 15. — Stangefol 2, 120 = Le Cointe 7, 670. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 363 ad 823.

823, 27 iul.

202* L., suggerente Adalardo abbate, monasterium Corbegiam iussu suo in loco provinciae Saxoniae Huxori dicto super Wiseram constructum et s. Stephano dicatum in suam tuitionem et defensionem recipit eique eandem immunitatem qua omnes ecclesiae in Francia fruuntur indulget et licentiam cum quibuslibet hominibus liberis commutandi concedit. — ‚Cum petitionibus servorum dei iustis'.

Ingilinheim pal., 6 kal. aug. a. 10, ind. 1.

Autogr. in arch. Monasteriensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 8. — Fürstenberg 130 = Le Cointe 7, 669. — Schaten 1, 76. — Mabillon dipl. 514 n° 68. — Erhard 1, cod. 5 n° 4. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 364 ad 823.

Digitized by Google

823, 21 aug.

203 L. monasterium Gunzinhusir in pago Sualofeld super Alchmuna flumen constructum de suo iure in dominationem Sindoldi abbatis vel monasterii Elehenwang, in quo ss. Sulpicius et Servilianus requiescunt, sollemni more tradit eisque praecepto suo confirmat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Engilinhaim pal. reg., 12 kal. sept. a. 10, ind. 1.

Autogr. in arch. Stuttgardiensi.

Wirtemb. Urkb. 1, 99 n° 86 ex aut. — Khamm 2, 14. — Lünig 18, 116 n° 2 ad 824. — Falckenstein 10 n° 4. — Böhmer 365 ad 823.

823, 29 aug.

204* L. cui Hildoinus abbas sacrique palatii summus capellanus commutationem inter Tancradum monasterii s. Salvatoris Prumiacensis abbatem et Opilonem quendam factam retulit, per suum praeceptum eorum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas consentiente tota congregatione Opiloni ex ratione monasterii septem mancipia dedit et invicem ab eo ad partem monasterii quatuordecim mancipia accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Con[str]uentes super Mosellam, 4 kal. sept. a. 10, ind....

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 61 n° 55. — Martène ampl. coll. 1, 80. — Böhmer 366 ad 823.

823, 15 oct.

205 L. ob petitionem Tancradi abbatis monasterii Prumiae ad honorem s. Salvatoris constructi, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas consentientibus monachis ex rebus monasterii Fulcberto cuidam mansos duos in villa Flaconheim in pago Warmacinsi sitos dedit et invicem ab eo ad partem monasterii res in eodem pago sitas, id est mansum in Glaolfesheim villa et alterum in Willare et curtilem in Leivurdesheim et duas partes iurnalis in Buccunheim villa accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Aristallio pal. reg., id. oct. a. 10, ind. 1.

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 62 n° 56. — Martène ampl. coll. 1, 79. — Bréquigny ad 823. — Böhmer 367 ad 823.

823, nov.—dec.

206 L. apud quem Lambertus cognomine Aganus ex castro Toringio in pago Petroico conquestus est, quod temporibus Pippini

Digitized by Google

regis cum aliis eiusdem castri habitatoribus ab Ermenrico comite et patre suo Agano obses datus, ceteris redeundi licentia condonata, usque nunc ab Immone comite rebus suis spoliatus in servitutis vinculis retentus sit, huic eiusque filiis pristinam libertatem et res illa occasione ablatas concedit. — ‚Omnibus fidelibus... cum in dei confidentes nomine'.

In prologo: in Compendio pal., a. 10.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 2, 539 n° 446. — Carpentier 72 n° 44 = Bouquet 6, 655 n° 44. — Bréquigny ad 823.

[823, nov.—824, iun.]

207* L., petente Benedicto abbate, per suum praeceptum, cui Lotharius quoque subscribit, monasterium Fossatense in pago Parisiaco sicuti cetera monachorum monasteria in suam defensionem atque immunitatis tuitionem recipit monachisque ius electionis concedit. — ‚... praesentibus scilicet et futuris'.

Compendio pal. reg....

Autographum mutilum in arch. Parisiensi, ineditum.

[824] 30 iun.

208* L., postquam Froberto religioso viro a se cum monachis in Italiam misso et inde reverso monasterium Glonnam in Pictavensi territorio super Ligerim constructum, in quo s. Florentius requiescit, concessit, eum eiusque monasterium in defensionem suam et immunitatis tuitionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Compendio pal. reg., 2 kal. iul. a. 11, ind. 12.

Rotulus privil. saec. 10—11 in arch. Andegavensi.

Mabillon ann. 2, 739 n° 57 ex arch. Glonnensi ad 834 (conf. ibid. 566) = Bouquet 6, 537 n° 123 ad 824. — Bréquigny ad 824.

824, 16 aug.

209 L. ab Hildoino abbate de commutatione Smaragdi abbatis certior factus, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Smaragdus ex rebus monasterii s. Michaelis in pago Virdunensi super Marsupium, ubi in Mosam infunditur, constructi Adalhardo et Rodaldo et Aldarico mansum in villa Lauziaco in pago Barrensi dedit et invicem ab eis ad partem monasterii pratum in Goddinovilla in pago Virdunensi accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Digitized by Google

Compendio pal. reg., 17 kal. sept. a. 11, ind. 2.

Chronicon et chartul. s. Mich. saec. 11 in bibl. Parisiensi. Chroniques génér. de l'ordre de S. Benoist, composées par d. A. de Yepes et trad. en français par Martin Rethelois (Toul 1647—1678, 7 in f°) 2, app. 81 = Bouquet 6, 538 n° 124 (conf. 493 n° 54). — Bréquigny ad 824. — Böhmer 368 ad 824.

824, 20 sept.

210 L. per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Hildoinus abbas et Adalungus quaedam mancipia inter se commutaverunt. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Redena, 12 kal. oct. a. 11, ind. 2.

Autogr. valde mutilum in arch. Parisiensi. Tardif 82 n° 117 ex autographo.

[824, iun.—oct.]

211* L. Eugenium summum pontificem rogat, ut Adalrammum Iuvavensis ecclesiae archiepiscopum cum licentia imperatoris apostolorum limina aditurum benigne suscipiat eique apostolicae auctoritatis pallium largiatur. — ‚Sanctissimo ac reverentissimo... rogavit nos fidelis noster'.

S. a. d. l.

Rotulus saec. 10 in arch. Vindobonensi. Kleimayrn Anhang 77 n° 23 ex libro cam. Salisb.

825, 3 ian.

212* L., postquam ob petitionem Leibulfi comitis sibi ab Hilduino archicapellano subiectam ei licentiam dedit res proprias cum rebus Arelatensis episcopatus ab eo beneficiario nomine possessis commutandi et postquam ex relatione Notonis archiepiscopi Arelatensis rem utrique parti utilem fore comperit, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Noto, consentientibus canonicis, ex rebus s. Mariae, s. Stephani vel s. Genesii quas Leibulfus huc usque beneficiario iure habuit, insulam Rhodani suburbanam in pago Arelatensi certasque alias res ei in proprium dedit et invicem a comite ecclesiam in Argenteo agro sitam, duas cellas et certas domos, casas, vineas, terras accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Aquisgrani pal., 3 non. ian. a. 11, ind. 3.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi. Vaissete 1, preuves 62 n° 43 ex chartul. — Bouquet 6, 540 n° 127 ex schedis d. Estiennot. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 369 ad 825.

Digitized by Google

[825] 9 mai.

213* L. ob petitionem Hieremiae archiepiscopi ecclesiae Senonicae b. Mariae et ss. Stephano et Iohanni dicatae, duas sibi oblatas immunitates, quarum alteram Karolus quondam dederat, alteram ipse Magno episcopo concesserat, sancit et praecipit, ut ecclesia et omnia eius monasteria et cellae [itemque monasterium s. Columbae nuper ei delegatum] sub plenissima sua defensione et immunitatis tuitione consistant, simulque denuo talem auctoritatem qualem Karolus Gunberto episcopo et ipse Magno indulserat, rectoribus ecclesiae fieri iubet, per quam pariter ac per chartas deperditas omnes ecclesiae res quiete possideant ac, si contentio de iis orta sit, defendant. — ‚[Si libe]ralitatis nostrae munere loca deo dicata'.

Aquisgrani pal. reg., 7 id. mai. a. 13, ind. 4.

Apogr. vitiatum atque interpolatum, saec. 10 instar autographi exaratum in arch. Autissiodorensi.

Ex hoc apographo: Beitr. z. Dipl. 5, 405 n° 13. — Gallia christ. 12, 17.

825, 31 mai.

214 L., suggerente Alboino monasterii s. Carilefi Anisolensis abbate, eiusdem congregationi ius electionis concedit. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia'.

Aquisgrano pal. reg., 2 kal. iun. a. 12, ind. 3.

Martène thes. anecd. 1, 23 ex manuscr. Anisol. = Bouquet 6, 545 n° 133. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 372 ad 825.

825, 3 iun.

215* L. ab Hilduino abbate et sacri palatii summo capellano de commutatione Hildebaldi Matescensis ecclesiae episcopi et Warini comitis certior factus, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Hildebaldus ex rebus episcopatus Warino eiusque uxori Albanae villas Cluniacum in Matescensi et Aptannacum in Nivernensi pago in proprium dedit et invicem ab eis ad partem ecclesiae villas Genuliacum in Matescensi et Caldam-aquam in Nivernensi et Lituinias in ducatu Alvernico in Donobrensi pago accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. iun. a. 12, ind. 3.

Chartul. Cluniacense saec. 14 in bibl. Parisiensi.

Ex hoc chartulario: Marrier et Duchesne notae 13. — Le Cointe 7, 747. — Bouquet 6, 546 n° 134. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 373 ad 825.

Digitized by Google

825, 4 iun.

216* L. ob petitionem Berengarii, qui comitatum Brivatensem adeptus ecclesiam prope castrum Victoriacum, in qua s. Iuliani corpus requiescit, a Sarracenis destructam reaedificavit et in usum abbatis et LIV canonicorum in ecclesia atque in castro constitutorum C mansos beneficii sui deputavit, hanc Berengarii ordinationem sanciens canonicis mansos supradictos confirmat et licentiam abbatem eligendi concedit; insuper eos a cuiuscunque ditione liberos et ab omni exactione et functione publica vel privata immunes esse vult, exceptis caballo et scuto et lancea singulis annis ad partem regis offerendis. — ‚Notum esse volumus cunctis... quia postquam'.

2 non. iun. a. 12, ind. 3; s. l.

Chartul. Brivat. saec. 17 in cod. bibl. Paris. lat. 9086.
Baluze capit. 2, 1426 n° 42 ex vet. chartul. = Le Cointe 7, 748 = Bouquet 6, 547 n° 135. — D'Achery spicil. 12, 104 ex copia d. d'Hérouval. — Cartul. de Brioude 348 n° 339 ex chartul. Paris. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 374 ad 825.

[circa 825.]

217* L. ob petitionem ministri sui Matfredi Richardo vassallo, qui retulit, tempore quo Fastrada regina Karoli uxor hiemandi causa de Baioaria ad Franconovurd venisset, avum suum Hostlaicum, qui Ruotmondum interfecisset, occisum et res eius in fiscum redactas esse, has res in proprium reddit. — ‚Notum igitur volumus... quia quidam'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 64 n° 41. Carpentier 70 n° 41 = Bouquet 6, 654 n° 41. — Bréquigny pag. 202.

[823, aug.—825, aug.]

218* L. ob petitionem Hilduini sacri palatii summi capellani et abbatis monasterii s. Dyonisii Parisiaci, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas ex ratione monasterii sui Erloino cuidam duo mancipia dedit et invicem ab eo ad partem monasterii sex mancipia accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

S. a. d. l.

Autogr. mutilum in arch. Parisiensi.
Tardif 92 n° 133 ex autographo.

Digitized by Google

[823—825.]

219 L. capitularia Aquisgranensia. — ‚Omnibus vobis aut visu aut auditu'.

S. a. d. l.

Pertz LL. 1, 242 ad 825, mai. = Migne 1, 463. — Baluze capit. 1, 631 ad 823 = Bouquet 6, 430 ad 822. — Bréquigny ad 823.

[819, nov.—825, aug.]

220* L., petente et ambasciante Hilduino sacri palatii summo capellano et abbate monasterii s. Dyonisii Parisiacensis, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmat, per quas abbas ex ratione monasterii sui Walefredo cuidam tres bunuarios terrae arabilis dedit et invicem ab eo ad partem monasterii certos campos in pago Parisiaco in villis Meseriaco et Fontanedo sitos accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

S. a. d. l.

Autogr. mutilum in arch. Parisiensi.
Tardif 91 n° 131 ex autographo.

[819—825, aug.]

221* L., petente coniuge sua Iudit quae monasterium s. Salvatoris intra muros civitatis Brixiae constructum iure beneficii habet, ostensam sibi Karoli auctoritatem immunitatis omniaque praecepta et instrumenta de vestitura monasterii confirmat. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

S. a. d. l.

Apogr. mutilum saec. 10 in bibl. Bresciana.
Odorici storie Bresciane (Brescia 1854) 4, 20 n° 4, post a. 822. — Margarini 2, 34 n° 40 ex arch. monast. ad 878.

[817—825, aug.]

222* L. ad quem Ebo Remensis episcopus et sedis s. Remigii praesul retulit, ecclesiam metropolis urbis s. Mariae consecratam, in qua gens Francorum baptisma accepisset et ipse Ludowicus a Stephano papa imperatoris nomen et potestatem adeptus esset, ob nimiam vetustatem collabi, ad renovandam ecclesiam et construenda claustra murum civitatis cum portis et omnes vias publicas ecclesiam circumiacentes concedit et omnem operam palatio regio Aquisgranensi huc usque ab ecclesia sive ab episcopo peragendam remittit simulque vassallis aliisque fidelibus beneficia ex rebus episcopatus habentibus, pariter ac Pippinus et Karolus decreverunt, praecipit ut ecclesiae singulis annis decimas et nonas persolvant. — ‚Si locis venerabilibus ea quae exinde'.

Digitized by Google

S. a. d. l.

Flodoardi hist. ed. Sirmond 141 = Le Cointe 7, 369 = Gallia christ. 10, instr. 4 n° 3 c. a. 816 = Bouquet 6, 510 n° 75 ad 817. — Bréquigny ad 817.

[814—825, aug.]

223* L. ob petitionem Hugonis comitis, qui monasterium puellarum s. Iuliani non procul ab Autissiodorensi urbe in honorem s. Mariae constructum beneficii iure tenet, oblatum Karoli praeceptum confirmans monasterio immunitatem absque episcoporum aut iudicum introitu concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

S. a. d. l.

Chartularium s. Iuliani saec. 13 in arch. Autissiodorensi.
Cartul. de l'Yonne 1, 30 n° 15 ex chartul.

[814—825.]

224* L. Hebraeos Domatum Rabbi eiusque nepotem Samuelem in suam defensionem suscipit, ab omni teloneo solvendo absolvit, eis secundum legem eorum vivere, res et peregrina mancipia vendere aut commutare, homines Christianos locare permittit, necem eorum wirigeldo decem librarum auri ad partem palatii persolvendarum aestimat, quomodo causae inter eos et Christianos definiantur praecipit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia istos'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 39 n° 27. — Carpentier 58 n° 32 = Bouquet 6, 649 n° 32. — Bréquigny pag. 202.

[814—825.]

225 L. Hebraeos David, nunnum Davidis, Iosephum atque Ammonicum pares eorum habitatores Lugduni civitatis in suam defensionem, ut partibus palatii deserviant, suscipit, ab omni teloneo praestando absolvit, eis secundum legem Hebraeorum vivere, mancipia peregrina emere et vendere et homines Christianos locare permittit simulque constituit quomodo causae inter eos et Christianos disceptentur. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia vos'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 41 n° 28. — Carpentier 60 n° 33 = Bouquet 6, 650 n° 33. — Bréquigny pag. 202.

Digitized by Google

[814—825.]

226 L. Abraham Hebraeum habitatorem Caesaraugustae civitatis, qui se manibus imperatoris commendavit, in suae tuitionis securitatem, ut partibus palatii deserviat, recipit, ab omni teloneo praestando absolvit, ei secundum legem Hebraeorum vivere, mancipia peregrina emere et vendere, homines Christianos locare permittit simulque constituit quomodo causae inter eum et Christianos disceptentur. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia iste.'

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 43 n° 29. — Carpentier 62 n° 34 = Bouquet 6, 651 n° 34. — Bréquigny pag. 202.

[814—825, aug.]

227* L. vassis suis Amadeo comiti, Heliae, Waldo, Isembardo et Barberto beneficia ex rebus ecclesiae s. Benigni habentibus mandat, ut singulis annis nonas et decimas solvant et Herlegaudo diacono ad restaurandam ecclesiam adiutorium conferant. — ‚Amadeo... notum sit vobis quia volumus'.

S. a. d. l.

Chronicum s. Benedicti saec. 11 quod exstat in cod. autogr. biblioth. universitatis Divionensis 348.

Ex chronico: D'Achery spicil. 1, 408 = Bouquet 6, 236. — Mabillon ann. 2, 516 = Bouquet 6, 557 n° 147. —Bréquigny ad 820 et 838.

[814—825, aug.]

228* L. ob petitionem Sicharii Burdigalensis archiepiscopi, qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, eiusdem sedem ss. Andreae et Iacobo dicatam atque monasteria eius, unum Blavia dictum et in pago Burdigalensi super Garonam ad honorem s. Romani constructum atque alterum s. Severini in suburbio civitatis situm, e more antecessorum in tuitionis suae atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

S. a. d. l.

Lopez l'église metropolitaine et primitiale de S. André de Bourdeaux (Bourdeaux 1668 in 4°) 377 ex libro ms. vocato La cour dau Mageire, hoc est maioris huius civitatis = Le Cointe 7, 321 et 420 = Bouquet 6, 557 n° 148 ante a. 828. — Bréquigny ad 814.

[815—825; 831—834.]

229 L. ob petitionem Gumbaldi abbatis per Baldenum monachum missam, tres naves monasterii Carroffensis in pago Pictaviensi super fluvium Carentonae in honorem Salvatoris constructi ab

Digitized by Google

omni teloneo praestando absolvit. — ‚Si petitionibus servorum dei pro quibuslibet'.

S. a. d. l.

Copia d. Fonteneau in bibl. Pictavensi.
Bouquet 6, 567 n° 159 ex schedis Mabillonii. – Bréquigny ad 830.

[814—825; 831—834.]

230* L., mortuo Mirone abbate qui in territorio Helenensi super fluvium Tacidum monasterium s. Andreae aedificaverat, Sisegutum in eius locum et ministerium subrogatum, deprecante Gaucelino comite, una cum monasterio eiusque cellulis s. Martino et s. Vincentio dicatis in eandem defensionem et tuitionem, in qua reliqua Septimaniae monasteria consistunt, recipit et monasterio immunitatis iura monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Notum esse volumus cunctis fidelibus... qualiter vir'.

S. a. d. l.

Marca app. 775 n° 12 ex arch. reg. Carcassonensi c. a. 836 =Bouquet 6, 562 n° 154 c. a. 829. — Bréquigny ad 829.

[814—825; 831—834.]

231* L. ob petitionem Monnelli abbatis qui sibi auctoritatem Karoli Nampioni abbati concessam sanciendam obtulit, monasterium s. Hilarii in Carcassonensi pago super Leuchum fluvium ad honorem s. Saturnini constructum, in quo s. Hilarius requiescit, in suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipit monachisque licentiam abbates eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

S. a. d. l.

Baluze capit. 2, 1409 n° 29 ex arch. monast. = Le Cointe 7, 455 = Tentzel app. 66 = Bouquet 6, 500 n° 64. — Bouges 502, preuves n° 4 ex arch. monast. — Gallia christ. 6, instr. 413 n° 3. — Bréquigny ad 815.

[814—825; 831—834.]

232* L. ad quem Warenbertus abbas monasterii s. Sequani in Magnimotensi pago constructi retulit, saepissime inter homines fisci Novae-villae et homines monasterii lites ortas esse de rebus in confinio Sigestrensi intra hunc fiscum sitis et a liberis hominibus monasterio traditis, ipsum fiscum cum omni integritate monasterio confert simulque res antea intra fiscum acquisitas confirmat. — ‚Si liberalitatis nostre munere de beneficiis'.

S. a. d. l.

Chartul. s. Sequani saec. 13 in arch. Divionensi.
Beitr. zur Diplomatik 5, 409 n° 14 ex chartul.

Digitized by Google

825, 1 dec.

233 L. et Lotharius, petente Ansfrido abbate, monasterio Nonantulae in honorem omnium apostolorum constructo, in quo b. Silvestri corpus requiescit, centum iugera fisci sui Wilzaccharam cum censu hactenus a monasterio solvendo et cum silvula in Motonensi territorio sita concedunt atque confirmant. — ‚Si liberalitatis nostre munere de beneficiis'.

Aquisgrani pal. reg., kal. dec. a. 12, a. Loth. 4, ind. 4.

Autogr. in arch. Nonantulano.
Tiraboschi Nonantola 2, 44 n° 26 ex autographo, vitiose. — Böhmer 377 ad 825.

825, 18 dec.

234 L. et Lotharius fideli suo Ricbodoni abbati cellulam in Vosago in monte Aluwini super Prusiam ad honorem d. Iesu constructam et a Wicbodo Ricbodonis avunculo episcopio Mettensi s. Stephano dicato traditam concedunt, ita ut ab eo beneficii iure possideatur et post mortem eius ad episcopii vel ad monasterii Senonici ius revertat. — ‚Omnibus fidelibus nostris... notum fieri volumus'.

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. ian. a. 12, a. Loth. 4, ind. 4.

Mabillon annales 2, 725 n° 49 ex authentico = Calmet 2, 126 = Bouquet 6, 548 n° 137. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 378 ad 825.

[825, dec.]

235* L. et Lotharius, postquam VIII id. dec. ab Halitgario et Amalario episcopis collectiones locorum de imaginibus ex libris s. patrum in conventu Parisiaco factas acceperunt et comprobaverunt, Hieremiam et Ionam episcopos iubent has collectiones domno apostolico offerre et quam possint diligentiam et prudentiam adhibere, ut ille rationi imaginum in his collectionibus expositae consensum praebeat easque tanquam suo permissu factas ratas esse velit. Mandant eis insuper ut, si hoc negotium feliciter consummaverint, d. apostolicum interrogent utrum ei placeat necne, ut una cum legatis ab ipso imaginum causa in Graeciam mittendis legati ab imperatoribus mittantur. De responso d. apostolici quam cellerime se ab eis edoceri volunt. — ‚Hieremiae et Ionae... venerunt ad praesentiam nostram'.

S. a. d. l.

Synodus Paris. de imaginibus habita a. 824 (Francofurti 1596 in 8°) 125 = Baronius ann. eccl. ad 825 = Sirmond conc. Galliae 1, 461 ad 824 = Le Cointe 7, 771 ad 826. — Baluze capit. 1, 643 ad 824 = Bouquet 6, 341 n° 6 ad 825. — Bréquigny ad 824.

Digitized by Google

[825 dec.]

236 L. et Lotharius per litteras cum Eugenio summo pontifice communicant, se cum a legatis Graecorum Romam proficiscentibus de causa legationis edocti essent, sacerdotibus suis mandasse, ut ex libris s. patrum sententias de cultu imaginum colligerent. Has collectiones se per legatos Hieremiam et Ionam episcopos papae offerre. Petunt ab eo ut in diiudicanda imaginum causa omni cura et diligentia utatur, ne populus Graecorum ad maiorem discordiam et dissensionem impellatur. Rogant denique utrum ei placeat, ut una cum iis quos ipse in Graeciam missurus sit, legati ab imperatoribus mittantur. — ‚Sanctissimo... quia veraciter nos debitores'.

S. a. d. l.

Synodus Paris. 123 ad 824 = Baronius ann. eccl. ad 825 = Sirmond conc. Galliae 1, 459 ad 824 = Le Cointe 7, 771 ad 826. — Baluze capit. 1, 645 ad 824 = Bouquet 6, 342 n° 7 ad 825. — Bréquigny ad 824.

[825, dec.]

237* L. et Lotharius ob petitionem Adalardi abbatis, qui sibi immunitatem Karoli obtulit, monasterium in pago Ambianensi super fluvium Somanam in honorem ss. Petri et Pauli et Stephani constructum atque omnes eius res e more antecessorum in tuitionis suae atque immunitatis defensionem suscipiunt monachisque ius abbatem eligendi concedunt. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Aquisgrani, a. 12, a. Loth. 6.

Autographum valde mutilum apud d. Ledieu Ambianensem, et codex Corbie 19 c. a. 1300 exaratus in bibl. Parisiensi.
Martène ampl. coll. 1, 81 ex arch. monast. ad 826 = Bouquet 6, 547 n° 136 ad 825. — Bréquigny ad 826. — Böhmer 379 ad 825.

[825, dec.]

238 L. et Lotharius, cum ob petitionem Adalardi abbatis cum imperatore quasdam res commutaturi Maginario comiti et actori suo praecepissent, ut cum missis abbatis, pagensibus et fiscalinis res illas mensuraret atque earum quantitatem et qualitatem inspiceret, et cum a Maginario relatum esset rem utilem fore utrique parti, suo praecepto commutationem confirmant, per quam abbas de rebus ss. Petri et Pauli Audriacam villam fisco dedit et invicem certas res fisci a Maginario accepit. — ‚Cum petitionibus servorum dei'.

Digitized by Google

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 1, 353 n° 299. — Carpentier 48 n° 23 = Bouquet 6, 645 n° 23. — Bréquigny pag. 201.

[post 825.]

239* L., cum Ingilbertus apud missos imperatoris Etti archiepiscopum et Adalbertum comitem conquestus esset, Angeliam aviam suam ab Hildulfo actionario fisci Romarici-montis iniuste ad servitutem astrictam esse, ex inquisitione missorum edoctus rem ita se habere, Ingilberto eiusque propinquis et posteris libertatem et omnem legitimam proprietatem reddi iubet. — ‚Notum sit... quia quidam homo'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 2, 546 n° 450. — Carpentier 78 n° 49 = Bouquet 6, 658 n° 49. — Bréquigny pag. 202.

826, 26 ian.

240 L. et Lotharius ob petitionem missam a Tancrado abbate monasterii Prumiae dicti et s. Salvatori et s. Mariae dedicati, quod Pippinus et Bertrada in proprietate sua construxerant, prolatas Pippini et Karoli de tuitione et immunitate auctoritates confirmant et monasterium in suam quoque tuitionem et immunitatis defensionem suscipiunt. — ‚Notum esse volumus cunctis fidelibus... quia vir'.

Aquisgrani pal. reg., 7 kal. febr. a. 13, a. Loth. 4, ind. 4.

Lib. aureus Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.
Ex hoc libro: Beyer 1, 63 n° 57. — Knauff 53 = Hontheim 1, 175 n° 76. — Böhmer 380 ad 826.

[826] 17 febr.

241* L. et Lotharius ob petitionem Ionae Aurelianensis ecclesiae episcopi qui, consentientibus canonicis et Iheremia archiepiscopo, cellae iuris sui s. Maximino dicatae privilegium concessit, hoc privilegium sibi oblatum imperiali auctoritate confirmantes decernunt, ut semper in illa cella ordo regularis observetur, ut abbas ibidem secundum illud privilegium instituatur, ut omnes possessiones quae huic cellae collatae sint aut in posterum conferantur in usus monachorum convertantur, ut praesul autem praevideat ne monachi a regulari vita devient neve se potestati ecclesiae cui subiecti sint subtrahant; addunt insuper ut, si quis episcoporum hanc constitutionem violaverit, res ad Senonicum metropo-

Digitized by Google

litam deferatur, et si ab hoc definiri nequiverit, ad imperatores successoresve eorum referatur, ut in generali episcoporum conventu violator corrigatur. — ‚Cum petitionibus sacerdotum Christi'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. mart. a. 13, ind. 3.

D'Achery spicil. 8, 138 ex chartul. s. Crucis Aurelian. ad 826. — Le Cointe 7, 736 ex chartul. ad 825 = Bouquet 6, 544 n° 132. — Bréquigny ad 825. — Böhmer 370 ad 825.

826, 20 iun.

242 L. et Lotharius monasterio Novae-Corbeiae, quod L. in Saxonia in loco Huxeri super Wiseram ad honorem b. Stephani construi iussit et Adalhardo veteris monasterii Corbeiae abbati gubernandum commisit, capellam a Karolo in castello Heresburg aedificatam donant. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia nos'.

Ingilinheim pal. reg., 12 kal. iul. a. 13, ind. 4.

Chartularia Corbei. saec. 10, 15, 17 in arch. Monasteriensi. Schaten 1, 83 ex autogr. — Fürstenberg 113 ex autogr. = Le Cointe 7, 786. — Wilmans 1, n° 10 ex chartul. s. 10. — Bréquigny ad 826. — Böhmer 381 ad 826.

826, 26 iun.

243* L. et Lotharius fideli suo Bosoni curtem iuris sui Bugellam in Lungobardia in Vercellensi comitatu sitam concedunt, cum ipsi tamen ab eo octo mansos et capellam villae Bechi iuxta Numagnam fiscum acceperint. — ‚Notum fieri volumus omnium... industria'.

Engilinheim pal. reg., 6 kal. iul. a. 14, a. Loth. 4, ind. 4.

Muratori antiqu. 5, 553 ex arch. s. Sixti Placentini, mendose. — Böhmer 382 ad 826.

826, 1 aug.

244* L. et Lotharius, petente Durando abbate qui in Septimania in Vernodubrus villa pagi Narbonensis, in loco proprio ab imperatore collato et Holatiano dicto monasterium ad honorem s. Aniani inchoaverat, multis rebus ditaverat ibique monachos sub Woica abbate congregaverat, deinde vero totum opus imperatori per cartulam tradidit, hoc monasterium ut melius defendatur in specialem suam defensionem et immunitatis tuitionem suscipiunt monachisque liberam abbatum electionem concedunt; insuper successores suos rogant, ut monasterium sub speciali tuitione retineant, nulli episcopo neve monasterio subiiciant neve cuiquam in beneficium tribuant. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Digitized by Google

Carisiaco pal. reg., kal. aug. a. 13, a. Loth. 4, ind. 4.
Mabillon ann. 2, 724 n° 48 ex arch. monast. = Gallia christ. 6, instr. 73 n° 1 = Bouquet 6, 549 n° 139. — Vaissete 1, preuves 64 n° 44 ex arch. monast. — Bréquigny ad 826. — Böhmer 383 ad 826.

826, 27 oct.

245 L. et Lotharius, postulante Godefredo abbate et ambasciante Helisacar, oblatam sibi Karoli de plenissima defensione et immunitatis tuitione auctoritatem confirmantes, monasterium Conflens in pago Alsacinsi in honorem s. Gregorii constructum in immunitatis suae defensionem suscipiunt monachisque licentiam dant abbatem eligendi. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.
Ingilinheim pal. reg., 6 kal. nov. a. 13, a. Loth. 5, ind. 4.
Autogr. apud d. Raesz rev. episc. Argentinensem.
Schöpflin 1, 72 n° 88 ex aut., cum ectypo quod exstat etiam in Kopp pal. crit. 1, tab. 3. — Martène thes. anecd. 1, 24 ex arch. monast. = Bouquet 6, 551 n° 141. — Lünig 19, 1098 n° 7. — Bréquigny ad 826. — Böhmer 385 ad 826.

826, 31 oct.

246 L. et Lotharius, petente Fulcoico episcopo, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmant, per quas episcopus ex rebus ecclesiae s. Petri Dagulfo cuidam duo mancipia dedit et invicem ab eo sex mancipia accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.
Engilinheim pal. reg., 2 kal. nov. a. 13, a. Loth. 5, ind. 4.
Schannat Worm. 2, 4 n° 4 ex arch. eccl. cathedralis Wormat. ad 827. — Böhmer 384 ad 826, 30 sept.

[826, oct.]

247 L. et Lotharii capitulare. — ‚Benedictus de sua reclamatione'. S. a. d. l.
Pertz LL. 1, 256 = Migne 1, 487.

[826.]

248* L. et Lotharius ad litteras Venerii patriarchae Gradensis per Petrum diaconum missas respondent, se ecclesiae eius ss. Marco et Hermagorae dicatae praeceptum quod Karolus antecessori Iohanni concessisset confirmasse et ob eius petitionem epistolas conscribi iussisse cum ad domnum apostolicum de usu pallii et de possessionibus eiusdem ecclesiae in Istria, tum ad Bosonem comitem et missum de inquirendis atque restituendis rebus ecclesiasticis, quas Fortunatus patriarcha nepoti suo Dominico de-

Digitized by Google

disset. — ‚Venerio venerabili patriarchae aeternam... salutem'.
S. a. d. l.
Cod. Trevisanus saec. 15. in arch. Vindobonensi.
Ughelli 5, 1103.

[827] 12 febr.

249* L. et Lotharius quibus Hauto abbas retulit et ex privilegio fundationis regumque praeceptis prolatis comprobavit, monasterium Puteolum in Dervo ad honorem ss. Petri et Pauli constructum antiquitus regulare fuisse et adhuc aptum esse ad ordinem monasticum observandum, postquam ex inquisitione et relatione Hebonis Remensis archiepiscopi aliorumque episcoporum cognoverunt, rem ita se habere et clericos ibi degentes vitam monasticam sponte esse suscepturos, ob petitionem abbatis huic monasterio tale quale cetera monasteria habent praeceptum confirmationis concedentes, praecipiunt ut in futurum monachi ibidem secundum regulam s. Benedicti vivant et liberam abbatis electionem habeant. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.
Aquisgrani pal. reg., 2 id. febr. a. 14, a. Loth. 5, ind. 6.
Chartul. Derv. saec. 13 incip. in arch. Calmontensi.
Baluze capit. 1, 649 ex schedis A. Duchesne ad 827 = Le Cointe 7, 817 = Bouquet 6, 552 n° 142. — Mabillon acta ss. 4, 571 ex arch. monast. ad 827. — Bréquigny ad 827. — Böhmer 386 ad 827.

827, 25 mai.

250 L. et Lotharius, cum inter Andonem monasterii Stabulai et Malmundarii abbatem et Albricum fisci Tectis dicti actorem contentio de silva quadam in Astaneto inter Tailernion et Dulnosum rivulos sita orta esset, Iastonis comitis palatii et Wirniti parvulorum magistri ad hanc causam inquirendam missorum relatione audita, decernunt ut utraque pars hanc silvam ad animalia pascenda, materiamina facienda et piscationes exercendas, dimissa sibi invicem pastionatici solutione, communiter habeat, dummodo ne eam exstirpet aut mansiones in ea faciat. — ‚Notum esse volumus omnium... sagacitati'.
Tectis pal. reg., 8 kal. iun. a. 14, a. Loth. 5, ind. 5.
Martène ampl. coll. 2, 24 ex chartul. saec. 13. — Bréquigny ad 827. — Böhmer 387 ad 827.

[827, ante iun.]

251 L. et Lotharius ad litteras Venerii patriarchae per Tiberium missas respondent eumque iterum Romam se conferre iubent, ut

Digitized by Google

lis inter ipsum et Maxentium patriarcham orta coram domno apostolico dirimatur. — ‚Venerio venerabili patriarchae in domino salutem'.

S. a. d. l.

Cod. Trevisanus saec. 15 in arch. Vindobonensi.
Ughelli 5, 1104.

827, 10 oct.

252* L. et Lotharius, cum monasterium s. Maxentii in territorio Pictaviensi, in quo s. Leodegarii corpus requiescit et quod a prioribus regibus beneficii nomine comitibus quondam concessum erat, nuper ad pristinum statum ita revocatum esset, ut sub nullius nisi sub imperatoris regumve potestate esset et ab abbate regulari regeretur, cum illi monasterio propter necessitatem regno imminentem pars quaedam possessionum reddi non posset, decernunt ut monasterium cum omnibus rebus iam recuperatis a praestandis publicis operibus, bannis, heribannis et expeditione exercitali liberum sit et ex illis rebus quae beneficii nomine in aliorum hominum potestate sint, usque dum rectoribus reddantur, nonas atque decimas accipiat. — ‚Multis siquidem in imperio'.

Compendio pal. reg., 6 id. oct. a. 13, a. Loth. 6, ind. 5.

Copia d. Fonteneau in bibl. Pictavensi.
Bouquet 6, 553 n° 144 ex copia vet. chartularii inter schedas Cl. Estiennot. — Bréquigny ad 827. — Böhmer 389 ad 827, 26 sept.

827, 10 nov.

253 L. et Lotharius, petente et ambasciante Hilduino sacri palatii archicapellano et abbate s. Dyonisii, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmant, per quas abbas ex rebus s. Dyonisii cum consensu fratrum Fulcrico cuidam plus quindecim bonuaria terrae absae in pago Andecavo in termino Vitlena et in villa Iniaca sita dedit et invicem ab eo ad partem s. Dyonisii mansum septemdecim bonuariorum in villa Vals in pago Parisiaco situm accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Carisiago pal. reg., 4 id. nov. a. 14, a. Loth. 6, ind. 6.

Autogr. in arch. Parisiensi.
Ex autographo: Mabillon dipl. 516 n° 72, cum specim. script. ib. 398 = Tentzel app. 12 = Bouquet 6, 554 n° 145. — Tardif 82 n° 119. — Félibien 48 n° 71 ad 828. — Bréquigny ad 827. — Böhmer 390 ad 827.

828, 12 febr.

254 L. et Lotharius quos Gauzbertus abbas monasterii s. Galli per missum suum certiores fecit, Pippinum quondam regem mo-

Digitized by Google

nasterio XXI homines liberos, quorum nomina huic praecepto inseruntur, concessisse ut ipsi eorumque posteritas censum fisco debitum monasterio persolverent, monasterium autem nullum de hac concessione habere praeceptum, inquisitione et relatione a Liuthario comite facta, per suam auctoritatem illam Pippini constitutionem sanciunt. — ‚Notum sit omnibus fidelibus... quia Gauzbertus'.

Aquisgrani pal. reg., 2 id. febr. a. 15, a. Loth. 6, ind. 6.

Autogr. in arch. Sangallensi.

Wartmann 1, 289 n° 312 ex autogr. — Neugart 1, 196 n° 234 ex cod. tradit. — Böhmer 391 ad 828.

828, 26 febr.

255 L. et Lotharius, petente et ambasciante Hilduino sacri palatii archicapellano et abbate monasterii s. Dionisii, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas et sibi oblatas confirmat, per quas abbas, permittentibus imperatoribus, ex rebus s. Dionisii Lantfredo undecim terrae arabilis et tria silvae bunuaria in territorio Bedolensi in pago Parisiago sita dedit et invicem ab eo ad partem monasterii quindecim bunuaria sellae et terrae arabilis in Hutdonecurte et Landulficurte in pago Beloacensi sita accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii nostri'.

Aquisgrani pal. reg., 5 kal. mart. a. 15, a. Loth. 6, ind. 6.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Tardif 83 n° 120 ex autographo. — Specimen script. in Mabillon dipl. 398. — Böhmer 392 ad 828.

828, 11 mart.

256* L. et Lotharius, ambasciante Iudit regina, per suum praeceptum confirmant commutationes pari tenore scriptas, per quas, permittentibus imperatoribus, Erkingarius comes et genitrix eius Rotdrudis et fratres eius Woradus, Bernaldus et Bernardus Waldoni abbati ad partem monasterii Svarzhahae res quasdam et XXXIV mancipia in villa Creicchesheim, in Utilinhaim, in Fedinheim, in Lancpartheim, in Techinheim, in Mustridisheim, in Fregistat, in Zeinhaim, in Wangon itemque waltmarcam dederunt et invicem ab eo ex rebus monasterii XVII mansos cum XXXIV mancipiis in marca pagi Alsacensis Erloldisvillare in loco Zinzila acceperunt. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Aquisgrani pal. reg., 5 id. mart. a. 15, a. Loth. 6, ind. 6.

Autogr. in arch. Argentinensi.

Schöpflin 1, 72 n° 89 ex chartul. Andelaviensi, vitiose. — Grandidier 2, preuves 187 n° 99 ex eodem chartul. — Böhmer 393 ad 828, 4 mart.

Digitized by Google

828, 22 mart.

257* L. et Lotharius ob petitionem Ludowici regis Baioariorum et Geroldi comitis, monasterio suo Cremisae in pago Trungowe ad honorem Salvatoris constructo, cui Sigehardus abbas praeest, tradunt territorium quoddam, cuius termini hic describuntur, in Grunzwiti pago iuxta montem Sumerperch, exceptis tamen liberorum Sclavorum proprietatibus. — ‚Si erga loca divino cultui mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. apr. a. 15, a. Loth. 6, ind. 6.

Chartularia Patav. saec. 12 et 13 in arch. Monacensi.

Mon. Boica 31, 54 n° 22 ex tribus chartul. — Hagn 9 n° 4 ex chartul. = Urkb. ob der Enns 2, 11 n° 7. — Rettenpacher ann. mon. Cremifanensis (Salisburgi 1677 in f°) 30 = Tentzel app. 54. — Bréquigny ad 828. — Böhmer 394 ad 828.

[828, dec.]

258 L. et Lotharii capitularia Aquisgranensia.
S. a. d. l.

a) Constitutio de conventibus archiepiscoporum habendis cum capitulis ab ipsis tractandis. — ‚Anno sexto decimo regnante'.

Pertz LL. 1, 327 = Migne 1, 592. — Baluze capit. 1, 653 ad 828 = Bouquet 6, 438. — Bréquigny ad 828.

b) Constitutio de missis ablegandis et capitula de instructione eorum. — ‚Volumus ut tale coniectum'.

Pertz LL. 1, 328 = Migne 1, 595. — Baluze capit. 1, 655 ad 828 et 1, 671: item alia capit. § 1—2 ad 829 = Bouquet 6, 439 et 444. — Bréquigny ad 828.

c) Capitula ad generale placitum reservata. — ‚De sacerdotibus a laicis vinctis'.

Sirmond conc. Galliae 2, 473 = Pertz LL. 1, 329 ad 828 = Migne 1, 596. — Baluze capit. 1, 671 § 1—3 ad 829.

d) Epistola generaliter populo dei legenda. — ‚Omnibus fidelibus... recordari vos credimus'.

Pertz LL. 1, 329 = Migne 1, 597. — Baluze capit. 1, 653 et 657 = Bouquet 6, 343—344 n° 8 et 9.

[ante 829.]

259* L., petente Iona episcopo, duas naves congregationis ecclesiae Nivernensis per Ligerim, Elarium, Carim, Ledum, Sartam, Medianam vel reliqua flumina discurrentes ab omni teloneo praestando absolvit. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia vir'.
S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 52 n° 33. — Carpentier 22 n° 5 = Bouquet 6, 635 n° 5. — Bréquigny pag. 291.

Digitized by Google

[829] 13 ian.

260* L. et Lotharius suo edicto confirmant constitutionem Hilduini sacri palatii archicapellani et abbatis de stipendiis CXX fratrum in monasterio ss. Vincentii ac Germani secundum regulam s. Benedicti congregatorum, in qua accurate describitur et ordinatur, quantum tritici, vini aliarumque rerum fratribus singulis annis sit praebendum, deinde vero constituitur, ut ex proventu villarum Antoniaci, Matriolarum, cellae Villaris, Caticanti, Novigenti, Spinogili, loci Valedronis, Agmanti CXX fratrum vestimenta ceteraeque necessitates procurentur neve ex his reditibus ulla exactio exerceatur neve abbati eiusque successoribus quicquam distrahere liceat. — ‚Si ea quae fideles imperii nostri pro statu'.

Aquisgrani pal. reg., id. ian. a. 16, ind. 7.

Chartul. s. Germani saec. 12—13 in arch. Parisiensi.

Ex chartulario: Mabillon ann. 2, 521 ad 829 = Bouquet 6, 559 n° 150. — Bouillart 14 n° 15. — Bréquigny ad 829. — Böhmer 395 ad 829.

829 [27 ian.]

261* L. et Lotharius, postquam Lotharius patri suo commutationem inter Flodegarium Andegavensis urbis episcopum et Winneradum factam retulit, per suum praeceptum eorum commutationes pari tenore scriptas confirmant, per quas episcopus ex rebus ecclesiae s. Mauricii Winnerado, consentiente Berta quae Chamberliacum villam beneficii iure habet, Aredium mancipium huius villae dedit et invicem ab eo ad partem Bertae Restaldum et Ermenaldum mancipia accepit. — ‚Si ea quae fideles imperii'.

Aquisgrani pal. reg., 6 kal.... a. 15, a. Loth. 7, ind. 7.

Copia in collect. Housseau bibl. Parisiensis.

Baluze 2, 1430 n° 46 ex arch. eccl. ad 828 = Le Cointe 7, 847 = Bouquet 6, 560 n° 152 ad 829. — Bréquigny ad 829. — Böhmer 396 ad 829.

829, 22 iun.

262* L. et Lotharius monasterio suo s. Mariae in pago Sabinensi constructo, cui Ingoaldus abbas praeest, monasteriolum s. Stephani in Lucana in finibus Teatinae sive Vocitanae concedunt et de suo iure in ius monasterii transferunt. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

Aquisgrani pal. reg., 10 kal. iul. a. 15, a. Loth. 7, ind. 7.

Gregorii Catin. chron. in bibl. Farfensi.

Ex chronico: Muratori script. 2², 382. — Duchesne script. 3, 658. — Bréquigny ad 829. — Böhmer 397 ad 829.

Digitized by Google

829 [aug.]

263 L. et Lotharii capitularia Wormatiensia.
In inscriptione: a. 16.

a) Capitula generalia ecclesiastica. — ‚De his qui sine consensu'.
Pertz LL. 1, 350 = Migne 1, 631. — Baluze capit. 1, 663 = Bouquet 6, 440. — Bréquigny ad 829.

b) Capitula mundana. — ‚De beneficiis destructis.'
Pertz LL. 1, 351 = Migne 1, 633. — Baluze capit. 1, 665 = Bouquet 6, 441. — Bréquigny ad 829.

c) Capitula pro lege habenda. — ‚De homicidiis in ecclesiis'.
Pertz LL. 1, 353 = Migne 1, 636. — Baluze capit. 1, 669 § 1—6 et 8 = Bouquet 6, 443. — Bréquigny ad 829.

d) Capitula missis data. — ‚Volumus ut omnes res ecclesiasticae'.
Pertz LL. 1, 354 = Migne 1, 639. — Baluze capit. 1, 672—673 § 5—7, 4, 3 = Bouquet 6, 445. — Bréquigny ad 829.

829, 6 sept.

263bis* L. cui Ludowicus rex Bavariorum, cum Wormatiam ad generale placitum veniret, suggestionem Erleboldi abbatis et monachorum Augensis monasterii retulit, statuit ut monachi imperatori eiusque filiis per Constantiam et Curiam iter facientibus secundum antiquam consuetudinem victualia aliasque res praebeant neque amplius eis per alias vias proficiscentibus servitium facere cogantur. — ‚Notum esse volumus cunctis... quod dilectus'.
Wormatiae civ., 8 id. sept. a. 16, a. Loth. 8, ind. 7.
Pregitzer teutscher Regierungs ¡und Ehrenspiegel (Berlin 1703 in f°) 83, fragmentum = Falckenstein Urkunden u. Zeugnisse (Neustadt an der Aisch 1789 in f°) 12 n° 3. — Bibliothek des liter. Vereins in Stuttgart 84 (Stuttgart 1866), 52: versio germanica ex chron. saec. 15.

829, 11 sept.

264* L. et Lotharius ob petitionem Fulcowici ecclesiae Vangionensis episcopi, praeceptis Dagoberti, Sigeberti et Hilperici obsecuti atque oblatas sibi Pippini et Karoli praeceptiones confirmantes, episcopo eiusque successoribus omne teloneum, quod fiscus a negotiatoribus, artificibus vel Frisionibus in Vangione civitate atque in castellis Lobedunburg et Winpina exigere possit, concedunt. — ‚Si petitionibus sacerdotum in quibuslibet necessitatibus'.
Wormatiae civ. publ., 3 id. sept. a. 16, a. Loth. 7, ind. 7.
Chartul. Wormat. saec. 12 in arch. Hannoverano.
Schannat Worm. 2, 5 n° 5 ex arch. eccl. cathedr. ad 830. — Böhmer 398 ad 829.

Digitized by Google

[826—829, sept.]

265* L. et Lotharius, petente et ambasciante Hilduino abbate monasterii s. Dyonisii et sacri palatii archicapellano, monasterio ducenta vini modia remittunt, quae cum a quodam priscorum abbatum atque ab eius successoribus villae regiae Vern ultro praebita essent, ab actoribus regiis tanquam ex lege et consuetudine debita exigebantur. — ‚Si aliquid ex his quae'.

S. a. d. l.

Autographum mutilum in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Mabillon dipl. 515 n° 69 c. a. 823 = Bouquet 6, 541 n° 128. — Tardif 93 n° 135. — Félibien 48 n° 70 c. a. 823. — Bréquigny ad 823.

[826—829, sept.]

266 L. et Lotharius ob suggestionem Theodradae deo sacratae imperatoris sororis, quae monasterium Argentogilum in pago Parisiaco super Sequanam situm et primo per beneficium Karoli patris, deinde per largitionem fratris sui ipsi concessum monasterio s. Dionysii, quo id iure pertinere deinceps cognoverat, restitui volebat, cum Hilduinus rector monasterii s. Dionysii et sacri palatii archicapellanus et per testamentum Ermenrici et Mumanae qui Argentogilum in proprio suo constructum s. Dionysio contulerant, et per praeceptum Hlotarii regis qui hanc donationem confirmaverat, hanc rem ita se habere comprobasset, decernunt ac iubent ut monasterium Argentogilum, mortua Theodrada aut si ipsa iam antea id sua sponte dimittere velit, in ius et dominationem s. Dionysii revocetur et restituatur. — ‚Si ea quae a deum timentibus'.

S. a. d. l.

Chartul. saec. 13 exeuntis in arch. Parisiensi.

Doublet 736 ex chartul. = Gallia christ. 7, instr. 8 n° 8 c. a. 828 = Bouquet 6, 542 n° 129. — Bréquigny ad 819.

829, 14 oct.

267* L. villam Fontem-coopertum in pago Narbonensi sitam de suo iure in ius Suniefredi fidelis sui et filii Bosrelli transfert eique eodem modo possidendam concedit quo Karolus eam Bosrello dederat. — ‚Imperialem decet celsitudinem'.

Triburini pal. reg., 2 id. oct. a. 16, a. Loth. 8, ind. 8.

Autogr. in arch. Carcassonensi.

Vaissete 1, preuves 66 n° 46 ex archivo = Bouquet 6, 561 n° 153. — Specimen script. in Silvestre 3, 79. — Bréquigny ad 829. — Böhmer 399 ad 829, 30 sept.

Digitized by Google

830, 19 mart.

268* L. auctoritatem Karoli sibi a monachis oblatam confirmans, coenobium Sithiu in pago Tarvanensi in honorem s. Mariae et ss. Petri et Pauli constructum, in quo corpora bb. Audomari et Bertini requiescunt et cui Fridogisus abbas praeest, in immunitatis suae defensionem suscipit, homines eius a fodro solvendo liberat simulque praecipit ut res monasterii nunquam dividantur aut in alios usus convertantur. — ‚Cum locis divino cultui mancipatis'.

[Niuhem] pal., 14 kal. apr. a. 17, ind. 8.

Copia chartul. Folquini saec. 12 in bibl. Bononiensi.

Cartul. de S. Bertin 77 n° 60 ex hac copia. — Mabillon dipl. 612 n° 200 ex chartul. autogr. Folquini = Tentzel app. 13 = Bouquet 6, 568 n° 161. — Bréquigny ad 830. — Böhmer 400 ad 830.

830, 3 apr.

269* L. orationis causa in s. Richarii basilica commorans, monachis monasterii ob eorum petitionem curtes et villas XVIII ad eorum victum atque vestitum deputatas, quarum nomina hic inseruntur, per suam auctoritatem confirmat, decernens ut nemini eas in alios usus convertere aut monachis abstrahere aut ullam ex earum reditibus exactionem exigere liceat. — ‚Notum esse volumus... quia dum nos'.

Monasterio s. Gualarici, 3 non. apr. a. 17, ind. 8.

D'Achery spicil. 4, 478 ex Hariulfi chron. Centul. = Le Cointe 8, 121 = Bouquet 6, 562 n° 155. — Bréquigny ad 830. — Böhmer 401 ad 830.

830, 3 aug.

270* L. et Lotharius ob petitionem congregationis s. Philiberti, quae cum monasterium in Heri insula ab Athone quondam episcopo constructum et sub plenissima imperatoris tuitione et immunitate cum licentia abbates eligendi constitutum creberrimis piratarum incursionibus infestaretur, novum monasterium construxerat et permittente imperatore castro muniverat, imperatores permittunt ut homines monasterii sive liberi qui beneficia habeant, sive coloni sive servi ad castrum tuendum deputentur et perpetuo immunes sint ab omnibus obsequiis et operibus sive publicis sive palatinis itemque ab omnibus donis, exceptis sex libris argenti singulis annis ad regiam cameram persolvendis. — ‚Si enim a deo nobis collatam potestatem'.

Silviaco pal., 3 non. aug. a. 17, a. Loth. 9.

Bouquet 6, 563 n° 156 ex schedis bibl. s. Germani. — Bréquigny ad 830. — Böhmer 402 ad 830.

Digitized by Google

830, 13 aug.

271* L. et Lotharius, suggerente Lothario, communi voluntate parique consensu monasterio Carroffensi in pago Pictavensi ad honorem Salvatoris constructo, cui Gonbaldus abbas praeest, ex rebus iuris sui villas Fraxinidum in pago Belvacensi, Dominicamvillam in pago Remensi et Montiniacum in pago Meldensi concedunt. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Salmonciaco pal. reg.; id. aug. a. 17, a. Loth. 9, ind. 8.

Copia d. Fonteneau in bibl. Pictavensi.

Bouquet 6, 566 n° 158 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 830. — Böhmer 403 ad 830.

830, 11 nov.

272* L. et Lotharius ob petitionem Maxentii Aquileiensis ecclesiae patriarchae, matri ecclesiae ss. Marci et Hermachorae, cui Maxentius praeest, tradunt monasterium puellarum s. Mariae intra muros Foroiuliensis civitatis in loco Valle dicto iuxta basilicam s. Iohannis constructum. — ‚Si liberalitatis nostrae munere aliquid'.

Niumaga pal. reg., 3 id. nov. a. 17, a. Loth. 9.

Apographum saec. 16 in arch. capit. Foroiuliensis.

Madrisio 260, append. n° 8 ex chartis monasterii ad 829. — De Rubeis 410 ex copia ad 830 = Cappelletti 8, 127. — Mabillon ann. 2, 737 n° 53 ex copia a Phil. a Turre communicata. — Bréquigny ad 830. — Böhmer 404 ad 830.

830 [dec.]

273* L. et Lotharius, petente Alberico Lingonensis ecclesiae praesule, qui abbatiam Fontem-Besuum ab Amalgario quondam duce fundatam, deinde vero destructam ex rebus episcopatus reaedificaverat atque in eam monachos sub Seraphi abbate congregaverat, per suam auctoritatem, in qua res huic monasterio redditae aut ex rebus episcopatus donatae enumerantur, confirmant prolatam sibi constitutionis chartulam ab episcopo una cum Agobardo archiepiscopo et suffraganeis de ordinatione monasterii factam. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

[A. inc. 830, ind. 8, epacta 15]; s. l.

Charta vitiata in chron. Besuensi saec. 12 exeuntis, quod exstat in cod. bibl. Paris. lat. 5009.

D'Achery spicil. 1, 507 ex chron. ad 830 = Le Cointe 8, 162 = Bouquet 6, 565 n° 157. — Bréquigny ad 830.

[826—830.]

274* L. et Lotharius ad quos Wolfgerius Wirciburgensis ecclesiae episcopus retulit, ecclesiis XV quas priores episcopi et co-

Digitized by Google

mites super Sclavos constituti ex praecepto Karoli in terra Sclavorum inter Moinum et Radanziam sedentium, Moinwinidorum et Radanzwinidorum dictorum et noviter ad christianitatem conversorum construxerant, nullam adhuc dotem constitutam esse, unicuique harum basilicarum ad episcopium pertinentium et ab episcopo ordinandarum de proprio suo duos mansos cum duobus tributariis concedunt. — ‚Omnibus fidelibus... si aliquid de rebus proprietatis nostrae'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.
Ex hoc codice: Rozière 2, 706 n° 565. — Carpentier 16 n° 1 = Bouquet 6, 633 n° 1. — Bréquigny pag. 201.

[826—830.]

275* L. et Lotharius non solum veteri monasterio Castellionis sed potius novo in pago Virdunensi super Mosam et Marsupium in honorem s. Michaelis nuper constructo et Marsupio vocato, cui Smaragdus abbas praeest, ius electionis concedunt. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

S. a. d. l.

Chronicon et chartul. s. Mich. saec. 11 in bibl. Parisiensi.
Mabillon analecta 355 ex chron. = Bouquet 6, 543 n° 130. — Bréquigny ad 818.

[826—830.]

276 L. et Lotharius s. Remensi ecclesiae, in qua et prisci Francorum reges fidem et baptismatis gratiam perceperunt et ipse Ludowicus a Stephano papa imperialia insignia accepit, quamque hic a fundamentis renovare et in honorem Salvatoris et s. Mariae consecrare decrevit, praedia quaedam huic sedi quondam ablata restituunt, titulos scilicet s. Sixti et s. Martini in suburbanis ecclesiae, titulum baptismalem castri Vonzensis, titulum s. Ioannis et Bretiniacum, Spernacum villam, res in Remensi pago in Lucida villa et in Proviliaco sitas, Caneram villam Dulcomensis pagi, Vernam villam Vertudensis pagi. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

S. a. d. l.

Flodoardi hist. ed. Sirmond 143 = Gallia christ. 10, instr. 5 n° 4 c. a. 818 = Bouquet 6, 543 n° 131. — Bréquigny ad 818.

831, 7 ian.

277 L. ob suggestionem Marcoardi Prumiae monasterii abbatis per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confir-

Digitized by Google

mat, per quas abbas, consentientibus fratribus suis, Liudoldo cuidam eiusque coniugi Irimbirguae ecclesiam in marca Mekkimheim in pago Spirensi sitam cum mansionibus, mancipiis, terris, pratis atque alias res in marcis Fridolvesheim et Wakkenheim sitas dedit et invicem ab iis ad partem monasterii omnes res eorum in Huosa villa in Caroasco pago sitas accepit. — ‚Si enim ea que fideles imperii'.

Aquisgrani pal. reg., 7 id. ian. a. 17, a. Loth. 9, ind. 9.

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.
Ex hoc libro: Beyer 1, 66 n° 59. — Martène ampl. coll. 1, 85. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 405 ad 831.

831, 18 ian.

278* L. apud quem Leo ex largitione eius cellulam Barisiacum in honorem s. Petri constructam habens conquestus est, silvam quandam silvae fiscali Columbariae contiguam Pippini temporibus a maiore fisci Barisiaci huic cellulae per vim ereptam et in fiscum redactam esse, ex relatione Hagani vasalli ad hanc causam investigandam missi silvam legibus ad cellulam pertinere edoctus, per suos apices Leoni vel cellulae eius silvam illam reddit. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia quidam'.

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. febr. a. 17, a. Loth. 8, ind. 9.

Chartul. s. Amandi saec. 14 in arch. Insulensi.
Mabillon acta ss. 5, 64 ex tabul. Elnonensi = Le Cointe 8, 172 = Bouquet 6, 569 n° 163. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 406 ad 831.

831, 25 febr.

279 L., deprecante filio suo Karolo et ambasciante Guntbaldo, monasterio Campitonae, cui Tatto abbas praeest, cellulam Stetiwanc in ducatu Alamanie in pago Augustkeowi ad honorem b. Mariae constructam et patri suo traditam donat eamque de suo iure in ius et dominationem monasterii transfert, ea ratione ut monachi cellulae sub potestate monasterii atque rectorum eius sint. — ‚Cum locis deo dicatis ob amorem'.

Aquisgrani pal. reg., 5 kal. mart. a. 18, ind. 9.

Autogr. in arch. Monacensi.
Mon. Boica 28ª, 19 n° 12 ex autogr. — Böhmer 408 ad 831.

[831, febr.]

280* L. divisio imperii. — ‚Omnibus fidelibus... notum fieri volumus omnium vestrum solertiae'.

Digitized by Google

S. a. d. l.

Pithou annal. et hist. Franciae script. (Parisiis 1588 in 8°) 2, 148 = Pertz LL. 1, 356 ad 830, nov. = Migne 1, 641. — Duchesne script. 2, 327 ex vetustissima membrana = Bouquet 6, 411 ad 835. — Baluze capit. 1, 685 ex cop. communicata a V. d'Hérouval ad 837. — Bréquigny ad 835.

831, 3 mart.

281* L. ad quem Bernardus Viennensis ecclesiae praesul retulit, monasterium s. Andreae subterius, quod Ansemundus et Ansleubana et filia eorum Remila sive Eugenia ecclesiae s. Mauricii Viennensi condonassent atque Teudericus et Guntrannus reges ei confirmassent, malorum hominum cupiditate ecclesiae esse subtractum, imperator, inspectis donationibus illorum et praeceptis regum, hoc monasterium Bernardo eiusque successoribus perpetuo sub immunitate rebus s. Mauricii concessa possidendum restituit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei petitiones'.

Aquisgrani pal. reg., 5 non. mart. a. 18, ind. 9.

Baluze capit. 2, 1432 n° 48 ex chartul. = Bouquet 6, 570 n° 165. — Le Cointe 8, 177 ex chartul. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 409 ad 831.

831, 3 mart.

282 L., petente Abbone comite, ecclesiae s. Mauricii Viennensi, cui Bernardus archiepiscopus praeest, eas res episcopatus quas Abbo ex largitione imperatoris beneficiario iure habuit, videlicet vicum Eppaonis cum ecclesiis s. Andreae apostoli et s. Romani, perpetuo possidendas reddit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 5 non. mart. a. 18, ind. 9.

Le Cointe 8, 178 ex chartul. — Baluze capit. 2, 1433 n° 50 ex chartul. = Bouquet 6, 570 n° 166. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 410 ad 831.

831, 10 mart.

283 L. cui Fridugisus s. Martini monasterii abbas retulit, habitacula Cormarici monasterii ab Iterio antecessore suo fundati, tunc vero a Iacobo abbate recti, cum non secundum praecepta s. Benedicti constructa essent, a semet ipso reformata simulque ecclesiam monasterii reaedificatam atque ex rebus s. Martini villa Mardoni in pago Turonico dotatam esse, per suum praeceptum hanc Fridugisi donationem confirmat. — ‚Notum esse volumus omnibus.. quia fidelis noster'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., 6 id. mart. a. 18, ind. 9.

Copia recens in collect. Housseau bibl. Parisiensis.

Bouquet 6, 571 n° 167 ex chartul. s. Martini. — Gallia christ. 14, instr. 23 n° 17 ex cop. recent. — Bourassé 21 n° 9. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 411 ad 831.

831, 1 apr.

284 L. ob petitionem ab Epiphanio abbate missam, monasterio s. Vincentii in Beneventano territorio super Vulturnum constructo per suam auctoritatem corroborat oblatam sibi confirmationem quam Lupus quondam dux ei de casis in Amiterno et Savino sitis dederat, nec non quatuor iudicata coram Iuppone comite, castaldis atque scabinis de illis servis villae Tritae facta quos iam Karolus ad debitum servitium revocaverat. — ‚Omnibus episcopis... notum sit quia'.

... pal. reg., kal. apr. a. 18, ind. 9.

Ex chronico Vulturn.: Muratori script. 1^{b}, 386. — Duchesne script. 3, 686 = Le Cointe 8, 189. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 412 ad 831.

831, 19 apr.

285* L. ad quem Richardus commutationem inter Walcandum Tungrensem episcopum rectoremque monasterii s. Landeberti et inter Norduinum factam retulit, per suum praeceptum eorum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas episcopus, permittente imperatore, Norduino ex rebus episcopatus duas partes bonuarii in loco Villario in pago Asbannisae dedit et invicem ab eo bonuarium et virgas tres in eodem loco accepit. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Aristalio pal. reg., 13 kal. mai. a. 18, ind. 9.

Chartul. s. Lamberti saec. 14 incip. in collectione d. Hénaux Leodiensis.

Chapeaville 1, 154 ex hoc chartul. = Lünig 17, 482 n° 4. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 413 ad 831.

831, 14 mai.

286* L. monasterio Campidonae, cui Tatto abbas praeest, decimam partem tributi a populo duorum Attonis comitatuum parti publicae in Bertoldesbara solvendi ad procurandas fratrum necessitates concedit. — ‚Si locis deo dicatis servisque dei'.

Ingelinheim pal. reg., 2 id. mai. a. 18, ind. 9.

Chartul. saec. 12 incip. in arch. Monacensi.

Ex chartulario: Mon. Boic. 31, 60 n° 25. — Neugart 2, 4 n° 804. — Böhmer 414 ad 831.

Digitized by Google

831, 6 iun.

287 L. ob petitionem Bernaldi Strazburgensis episcopi praecepto Karoli sibi oblato obsecutus praecipit, ut homines eiusdem ecclesiae negotiandi causa discurrentes in quibuscunque regnorum locis, exceptis Quentowico et Dorestato et Clusis, ab omni teloneo solvendo liberi sint. — ‚Notum igitur esse volumus omnibus... quia vir'.

Ingelinheim pal. reg., 8 id. iun. a. 18, ind. 9.

Autogr. in arch. Argentinensi.

Ex autographo: Gallia christ. 5, instr. 462 n° 5 = Bouquet 6, 572 n° 170. — Grandidier 2, preuves 195 n° 104. — Schöpflin 1, 74 n° 92. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 415 ad 831.

831, 8 iun.

288* L. Rabano monasterii Fuldensis abbati villam Alahesheim in pago Wormacensi cum decem mansis ea condicione concedit, ut mortuo imperatore in proprietatem monasterii transeat. — ‚[Cunctis fidelibus gratiam et salutem]; imperialis celsitudinis'.

Ingleneheim pal. reg., 6 id. iun. ind. 9.

Charta vitiata et interpolata in cod. Eberh. arch. Fuldensis.

Dronke 213 n° 484 ex hoc cod. — Schöttgen et Kreysig 1', 13 n° 33 ex copia codicis Eberh. — Böhmer 416 ad 831.

831, 9 iun.

289* L. cum quo Ioannes abbas monasterii Fabariensis in pago Rhetiae ad honorem s. Mariae constructi conquestus est, se a Roderico quondam comite multis rebus et potestate sua spoliatum esse, et qui ad investigandam hanc causam Bernoldum Strazburgensem episcopum et Godefridum s. Gregorii abbatem et Retharium comitem illuc misit, ex relatione missorum edoctus rem ita se habere, monasterio res eius in Curwallensi pago sitas, scilicet curtes Birmento et Tellurem, curtem in Nezudre, colonias quinque in Zurigos et Montaniolos, villam Frastenestum et ecclesiam s. Sulpitii restituit simulque monasterium liberum a potestate episcoporum et comitum vel iudicum esse et immunitatis iuribus frui iubet. — ‚Notum igitur esse volumus... quia ad serenitatem'.

Engelheim pal., 5 id. iun. a. 18, ind. 9.

Transsumptum a. 1656 in arch. Fabariensi.

Schöpflin 1, 75 n° 93 ex autogr. — Grandidier 2, preuves 197 n° 105 ex autogr. — Böhmer 417 ad 831.

[831, iun.]

290* L. apud quem Victor Curiensis ecclesiae episcopus de iniuriis a Rodorico comite illatis conquestus erat, et qui ad inve-

Digitized by Google

stigandam hanc causam Bernoldum Strazburgensem episcopum et Gotafridum monasterii s. Gregorii abbatem et Hrocharium comitem in Raetiam direxit, ex relatione missorum edoctus res quasdam Curiensi ecclesiae ab anterioribus regibus concessas ei iniuste esse abstractas, per suum praeceptum ei ecclesias s. Sisinni et s. Columbani, curtem Zizuris et xenodochium s. Petri restituit simulque episcopo plenam episcopalis ministerii potestatem monasteria parochiae regendi et presbyteros ordinandi et decimas secundum canonicam institutionem disponendi confirmat. — ‚Notum esse volumus... quia vir venerabilis'.

[Strazburc civ., 8 kal. aug. a. 9, ind. 3, epacta 28.]

Exemplar valde vitiatum quod pro autographo habetur, in arch. Curiensi. Mohr 1, 32 n° 19 ex hoc exemplari ad 825. — Grandidier 2, preuves 181 n° 97 ex eodem ad 825. — Schöpflin 1, 68 n° 84 ex cod. Urstisii ad 822. — Böhmer 375 ad 825, 25 iul.

831, 9 iun.

291 L. ob petitionem a Victore Curiensi episcopo missam, ecclesiam eius in honorem s. Mariae constructam et omnes huius ecclesiae possessiones in pago Curiensi et Alsacensi et in ducatu Alamannico itemque res ecclesiae redditas sub tuitionem suam et immunitatis defensionem constituit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

In[gi]linheim, 5 id. iun. a. 18, ind. 9.

Autogr. in arch. Curiensi.

Mohr 1, 34 n° 20 ex autogr. — Grandidier 2, preuves 199 n° 106 ex autogr. — Böhmer 418 ad 831.

831, 19 oct.

292* L. ob deprecationem Iudith augustae et Adalardi seniscalci, Hruthrudi abbatissae XIV iuris sui mancipia, quorum nomina enumerantur, in proprium concedit. — ‚Notum esse volumus... quia ad deprecationem'.

14 kal. nov. a. 18, ind. 10; s. l.

Grandidier 2, preuves 330 ex libro salico Andlaviensi. — Böhmer 419 ad 831.

831, 4 nov.

293 L., suggerente Iudith augusta coniuge et venerabilium suorum hortatu, fratribus monasterii s. Martini privilegia apostolica et regalia in iisque Pippini et Karoli confirmans, sui quoque privilegii constitutionem fieri iubet per quam decernit, ne qui nunc sit Turonicae urbis episcopus maiorem in illud monasterium et

Digitized by Google

fratres habeat dominationem quam eius antecessores, et ut fratribus post Fridugisi abbatis mortem ex semet ipsis abbatem eligere liceat. — ‚Si locis deo dicatis quiddam honoris'.

Theodonis villa pal. reg., 2 non. nov. a. 18, ind. 10.

Monsnyer 155 = Le Cointe 8, 183 = Origines Guelf. 2, 81 n° 5. — Martène ampl. coll. 1, 86 ex chartario s. Mart. = Bouquet 6, 573 n° 171. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 420 ad 831.

832, 5 febr.

294 L. fideli suo Aginulfo XVIII mansus in Liniaco Alsbanii pagi villa, in Isca Bragbantensis pagi villa, in Beiss Namucensis pagi villa et in Vulpilionis loco sitos concedit et de suo iure sollenni traditione in eius potestatem transfert. — ‚Imperialis celsitudinis moris est fideliter'.

Aquisgrani pal. reg., non. febr. a. 19, ind. 10.

Martène ampl. coll. 1, 88 ex manuscr. = Bouquet 6, 574 n° 172. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 421 ad 832.

832, 16 febr.

295* L., cum Haudo abbas monasterium in pago Pertensi super Viera fluvium situm, s. Petro et s. Berchario, cuius corpus ibi requiescit, dicatum, olim Puteolus iam vero Ders vocatum renovasset, in locum clericorum monachos secundum regulam s. Benedicti viventes substituisset et cum auctoritate imperiali vitam monasticam reformasset, imperator monachis villam suam Dodiniacam curtem in Breonensi comitatu huc usque ab Hisimberto vassallo beneficii nomine possessam subsidio tribuit atque delegat. — ‚Si locum quo olim monasticus ordo'.

Aquisgrani pal. reg., 14 kal. mart. a. 19.

Chartul. Derv. saec. 13 incip. in arch. Calmontensi.

Marrier et Duchesne notae 113 ex arch. Derv. = Le Cointe 8, 201. — Mabillon ann. 2, 737 n° 54 ex chartario Derv. = Bouquet 6, 574 n° 173. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 422 ad 832.

832, 28 mart.

296* L. ad quem Tatto abbas Campidonae monasterii, in quo ss. Gordiani et Epimachi corpora requiescunt, retulit monasterio Karoli temporibus a certis liberis hominibus in pagis Hilargowe, Nihilgowe, Augustgowe, Gildinstein, Lintgowe, Albinesbara XCVI hobas, ex quibus census ad publicum solvendus esset, per publica conscripta traditas esse, ob petitionem abbatis monasterio has hobas confirmat earumque censum usibus fratrum concedit, ea tamen condicione ne in posterum monasterio liceat res, ex quibus parti

Digitized by Google

publicae census aut functiones debeantur, dono accipere. — ‚Si locis deo dicatis propter amorem'.

Aquisgrani pal. reg., 5 kal. apr. a. 19, ind. 10.

Chartul. saec. 12 incip. in arch. Monacensi.

Ex chartulario: Mon. Boic. 31, 61 n° 26. — Neugart 2, 5 n° 805. — Böhmer 423 ad 832.

832, 16 iun.

297* L. monasterio Novae - Corbeiae in honorem s. Stephani [et s. Viti] constructo, cui Warinus praeest, piscationem in Wisura fluvio prope villam Liusci in Wimodia pago Hocwar nuncupatam et huc usque ab Abbone comite beneficii iure possessam cum XXX familiis ad eandem pertinentibus donat et concedit. — ‚Si aecclesias et loca divino cultui dicata'.

Franconovord pal. reg., 16 kal. iul. a. 19, ind. 10.

Apogr. saec. 11—12 vitiatum et interpolatum in arch. Monasteriensi. Wilmans 1, n° 11 ex hoc apogr. — Ex eodem quod autographum esse credebant: Schaten 1, 90 = Lünig 18, 61 n° 4. — Erhard 1, cod. 8 n° 7. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 424 ad 832.

832, 13 iul.

298* L., petente Deukario abbate qui monasterium Hasereot a Cadoldo super Alchmonam fluvium ad honorem d. Christi constructum pauperrimum esse asserebat, constituit ut monasterium ab omnibus publicis aut privatis functionibus immune sit, praeterquam quod abbates imperatori eiusque successoribus per loca monasterio contigua transituris servitium pro viribus exhibeant. — ‚Si locis deo dicatis quoddam'.

Frankonfurt pal. reg., 3 id. iul. a. 19, ind. 10.

Büttner 2, 47 ex autogr. — Mon. Boica 31, 63 n° 27 ex chartul. Eichstettensi saec. 13 incip. — Falckenstein 11 n° 5 ad 833.

832, 13 iul.

299 L. ad quem Richardus commutationem inter Teutgarium Hasenridae monasterii abbatem et Tanculfum imperatoris camerarium factam retulit, per suum praeceptum eorum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas, permittente imperatore, ex rebus monasterii in Bodebrio castro pagi Maginensis sitis Tanculfo paginam terrae dedit et invicem ab eo alteram terrae paginam in eodem loco accepit. — ‚Si enim ea que videlicet imperii'.

Frankenfuort, 3 id. iul. a. 19, ind. 10.

Büttner 2, 50. — Mon. Boica 31, 65 n° 28 ex chartulario Eichstett. saec. 13 incip.

Digitized by Google

832, 13 iul.

300 L., postquam fideli suo Gebehardo licentiam commutandi concessit, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Gebehardus ex rebus beneficii sui Riculfo presbytero silvam super Richilingesbach fluvium in Heriltibisheimero-marca in Loganaha pago sitam dedit et invicem ab eo ad partem beneficii mansum in loco eiusdem pagi Habuch dicto in Hatimero-marca accepit. — ‚Si enim ea que fideles imperii'.

Franconofort pal. reg., 3 id. iul. a. 19, ind. 10.

Ioannis 439 = Kremer 2, 11 n° 6. — Böhmer 425 ad 832.

832, 17 iul.

301 L., petente Deocario abbate, monasterio Hassareod vocato ex rebus iuris sui concedit terras et vineas in Lorecho villa pagi Rinensis sitas atque curtem olim a Rapotone possessam, deinde vero ob eius perfidiam secundum legem in fiscum castelli Pinguvii in Wormacensi pago siti redactam. — ‚Si locis divino cultui mancipatis aliquid'.

Franconofurt pal. reg., 16 kal. aug. a. 10, ind. 10.

Bodmann Rheingauische Alterthümer (Mainz 1819 in 4°) 109 ex autogr. — Böhmer 426 ad 832.

832, 26 aug.

302* L. auctoritatis suae privilegio cartulam confirmat, in qua monachi s. Dyonisii ipsorum subscriptionibus se regulam s. Benedicti servaturos esse profitentur. Inseritur praecepto imperatoris haec de reformatione monasterii relatio. Benedictus et Arnulfus abbates, cum ad corrigendam per totum imperium monasticam normam instituti essent, in errorem a s. Dyonisii monachis inducti, eos qui professionem suam observaverant, ex monasterio remotos in quadam cella collocaverant, alteros autem qui se a legibus ordinis per licentiam liberaverant, in monasterio reliquerant. Deinde vero ex decreto conventus Parisius habiti ab Hilduino abbate ad imperatorem relatum est, monasterio emendatione et correctione opus esse. Quapropter Aldricus metropolita Senonicus et Ebo Durocortorum metropolita cum suffraganeis ad monasterium missi, cum ex veteribus et recentioribus regum praeceptis et episcoporum privilegiis cognovissent hoc monasterium ordini monastico destinatum esse, ordinem eo modo restituerunt, ut monachos infideles promissionem regularem iterare iuberent, fideles autem ex eorum rogatione in pristinum locum reducerent. Qua de causa duae paris tenoris conscriptiones factae et firmatae sunt,

Digitized by Google

quarum una in archivo monasterii reponeretur, altera vero in palatinis scriniis servanda ad imperatorem mitteretur. Nova autem paulo post in monasterio conspiratio orta est. Pars enim fratrum, ignaris abbate et metropolitano, per legatos ad imperatorem de imposita sibi canonica institutione conquesti sunt atque schedulam protulerunt, qua episcopos qui disciplinam illam instituissent, accusaverunt. Querimoniis eorum auditis L. episcopos, et accusatos et alios, ab Hilduino abbate iterum in monasterio in synodum congregari iussit, in qua accusatores per idoneos testes refutati sunt, ut gesta hac de re conscripta et in archivo palatii scriniisque monasterii reposita probabant. Quibus peractis fratres ad poenitentiam commoti tres cartulas iteratae professionis conscripserunt, quarum una apud caput s. Dyonisii, altera apud abbatem, tertia in archivo palatino conservaretur. In huius iteratae professionis confirmationem L. quoque duas auctoritates exarari iussit, quarum una in imperialis aulae reconditorio, altera, quae adhuc exstat, a monasterii custodibus servata est. — ‚Divinis praeceptis et apostolicis monitis incitamur'.

Mon. s. Dyonisii, 7 kal. sept. a. 19, ind. 10.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Tardif 86 n° 124. — Mabillon annales 2, 549 = Bouquet 6, 575 n° 175. — Félibien 53 n° 84. — Baluze capit. 1, 675. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 427 ad 832.

832, 26 aug.

303 L. suo edicto confirmat constitutionem Hilduini abbatis de stipendiis fratrum in monasterio ss. Petri et Dionysii secundum regulam s. Benedicti congregatorum, in qua accurate describitur et ordinatur, quantum tritici, vini aliarumque rerum monachis singulis annis sit praebendum, deinde vero constituitur ut ex proventu villarum Murni, Tosonisvallis, cellae s. Martini, Pratariolae, Francorum-villae, Maflaris, Mucellae aliarumque CL fratrum vestimenta ceteraeque necessitates procurentur neve ex his reditibus ulla exactio exerceatur neve abbati eiusque successoribus quicquam distrahere liceat; obnixe etiam imperator successores suos rogat, ut hanc constitutionis confirmationem salvam atque integram custodiant. — ‚Si ea quae fideles imperii nostri pro statu'.

Mon. s. Dionysii, 7 kal. sept. a. 19, ind. 10.

Mabillon dipl. 392 = Félibien 51 n° 83 = Bouquet 6, 579 n° 176. — Doublet 739, fragm. = Le Cointe 8, 209. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 428 ad 832.

Digitized by Google

832, 4 oct.

304 L. vassallo suo Adalberto villam iuris sui Fontanas in Tolosano pago iure proprietatis possidendam et posteris relinquendam concedit. — ¿Imperialis celsitudinis moris sibi bene servientibus'.

Iuvenciaco pal. reg., 4 non. oct. a. 19, ind. 6.

Autogr. in cod. bibl. Paris. lat. 8837.

Ex autographo: Vaissete 1, preuves 67 n° 47 = Bouquet 6, 581 n° 177. — Specimen script. in Silvestre 3, 79. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 429 ad 832.

832, 14 nov.

305 L. ad quem Fridegisus abbas monasterii s. Martini, in quo ipsius corpus requiescit, retulit se, cum per ignorantiam quasdam villas usibus congregationis s. Martini deputatas in beneficium dedisset, fratribus necessaria stipendia et vestimenta ministrare non posse, decernit ut hae villae in abbatis dominium revocentur et eodem modo, quo temporibus Karoli a Wulfado et Itherio abbatibus factum sit, fratrum usui inserviant, simulque statuit ut tertia pars census aliorum beneficiorum et omnium rerum sepulcro s. Martini oblatarum fratribus exhibeatur. — ¿Si locis deo dicatis quiddam honoris'.

Turonis monast. s. Martini, 18 kal. dec. a. 19, ind. 11.

Martène thes. anecd. 1, 26 ex chartul. ad 833 = Bouquet 6, 582 n° 178 ad 832. — Martène ampl. coll. 1, 89 ex chartul. ad 832. — Gallia christ. 14, instr. 24 n° 18 ex cop. recent. ad 832. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 430 ad 832.

832, 19 nov.

306 L., suggerente coniuge sua Iudith, monasterio s. Martini in pago Turonico super Ligerim constructo et Maiormonasterio vocato, in quo ipse confessor Christi domino militavit et cui Theoto abbas et rector praeest, villam Cambonem in pago Blisensi vel Dunensi, iam dudum ab Oda deo sacrata Eodonis ducis uxore per venditionis titulum condonatam, ex sua auctoritate concedit, ut fratrum vestimenta ex eius proventu emantur. — ¿Si illius amore cuius munere'.

Caduppa villa, 13 kal. dec. a. 19, ind. 10.

Bouquet 6, 583 n° 179 ex chartulario. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 431 ad 832.

832, 29 dec.

307* L. ad quem relatum erat, tres cellas ab Aldrico episcopo possessas, scilicet s. Albini intra muros et s. Vincentii et s. Au-

Digitized by Google

doeni in suburbio Cenomanis civitatis, iuris publici esse, cum, facta hac de re inquisitione, ex testimoniis bonorum hominum et ex relatione Widonis comprobatum sit, has cellas sub dominio Cenomanis ecclesiae esse debere, praecipit ut praefatae tres cellae perpetuo in iure ecclesiae sint et remota publica potestate a praesulibus possideantur. — ‚Omnibus fidelibus... notum esse volumus qualiter ad notitiam'.

Cenomanis civ., 4 kal. ian. a. 18, ind. 10.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscellanea 3, 22 ex gestis = Le Cointe 8, 344 ad 834 = Tentzel app. 55 ad 831 = Bouquet 6, 584 n° 180 ad 832. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 432 ad 832.

832, 31 dec.

308* L., cum ex Aquitania reversus in Cenomanis urbe, quam Aldricus episcopus regebat, commoraretur, conquerentibus apud eum clericis quod fideles imperatoris qui res ecclesiae s. Gervasii beneficiario munere acceperint, nonas et decimas clericorum necessitatibus deservientes negligenter persolvant aut omnino solutionem differant, ob petitionem fratrum antiquae consuetudini et iussioni Karoli obsecutus praecipit, ut omnes qui huius ecclesiae beneficia habeant aut in posterum habituri sint, ex consensu episcopi ea quidem, dum cum rebus publicis commutentur, teneant, sed de omni eorum reditu nonas et decimas legitimumque censum persolvant, atque si quando hanc iussionem contempserint et censum neglexerint, illa beneficia perdant. Et ne hae res dominationi ecclesiae eripiantur, nomina XX monasteriorum seu cellularum atque CVI vicorum, ex quibus, cum iuris ecclesiae sint, censum solvendum esse ex authenticis ecclesiae scriptis comprobatum fuit, hoc praecepto enumerantur. — ‚Si his qui deo debitum exhibent famulatum'.

Cenomanis civ., 2 kal. ian. a. 19, ind. 10.

Charta additamentis suspecta gestis Aldrici inserta in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscell. 3, 27 ex gestis = Le Cointe 8, 346 = Bouquet 6, 584 n° 181. — Bréquigny ad 832. — Böhmer 433 ad 832.

833, 8 ian.

309* L. ad quem ex Aquitania reversum et apud urbem Cenomanis commorantem episcopus huius urbis Aldricus retulit, res quasdam iuri Cenomanicae ecclesiae subtractas et in publicum redactas esse et ab Heremberto imperatoris vassallo beneficii titulo possideri, a Simone presbytero et abbate atque ab Hildemanno vassallo ad hanc rem investigandam missis edoctus, bene-

Digitized by Google

ficium Heremberti non ad publicum sed ad ecclesiae ius pertinere, decernit ut Gauciacensis forestis et Brogilus sive Novavilla cum medietate telonei ex portu solvendi, cum censu aliisque appendiciis ecclesiae reddantur et in perpetuum ab episcopis quieto ordine possideantur. — ‚Si supplicationibus sacerdotum quando pro suis'.

Bes villa, 6 id. ian. a. 18, ind. 11.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscell. 3, 24 ex gestis = Le Cointe 8, 223 = Bouquet 6. 587 n° 182. — Bréquigny ad 833. — Böhmer 434 ad 833.

833, 20 ian.

310 L. ecclesiae s. Virginis, quam Hilduinus abbas monasterii ss. Petri, Dionysii, Rustici et Eleutherii aedificavit, partem villae Mintriaci, quam Fredebaldus quondam beneficiario iure habuerat, tradit et concedit, ut ex rebus villae simulque ex rebus privilegio Hilduini ecclesiae deputatis et ab imperatore confirmatis ipsa ecclesia sustineatur et monachis pauperibusque certis diebus festis atque in anniversariis imperatoris et Iudith imperatricis refectio praebeatur. — ‚Solicitudine imperiali et christianae religionis ardore'.

Vern pal. reg., 13 kal. febr. a. 19, ind. 11.

Autogr. in arch. Parisiensi.

Ex autographo: Mabillon dipl. 521 n° 76 = Tentzel app. 21 = Bouquet 6, 588 n° 183. — Félibien 56 n° 76. — Bréquigny ad 833. — Böhmer 435 ad 833.

[833] 31 ian.

311* L. ob suggestionem Iudith coniugis, homini eius Hildefrido villas Isernam et Thorensel ad monasterium Rodenacense pertinentes, quas pater eius Luitfredus ex largitione imperatoris habuit, diebus vitae suae beneficii titulo possidendas concedit, ea tamen condicione ut monasterio singulis annis unius solidi argentei censum persolvat, nec si negligentius quando eum solverit, ideo beneficium perdat sed lege composita retineat. — ‚Omnibus fidelibus... quia dilecta'.

2 kal. febr. a. 18; s. l.

Le Mire 1, 247. — Bréquigny ad 831. — Böhmer 407 ad 831.

833, 1 apr.

312 L. fideli suo Rhidag comiti decem mansos cum terris et silvis communibus sitos in villis Boratre pagi Ismereleke, Anadopa, Geiske dictis concedit et de suo iure sollenni traditione in eius potestatem transfert. — ‚Imperialis celsitudinis moris est fideles'.

Digitized by Google

Wormacia civ., kal. apr. a. 20, ind. 11.

Autogr. in arch. Berolinensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 12. — Wigand Archiv 1ᵇ, 86. — Seibertz 1, 3 n° 3. — Böhmer 437 ad 833.

833, 4 apr.

313* L. qui Campidonam monasterium suum in pago Hilirgaoe situm Tattoni abbati regendum commiserat, petente abbate et ambasciante Fulcone, praecipit ut omnes monasterii res sub eadem lege sint, qua res fisci adquirantur et defendantur. — ‚Si precibus ac petitionibus servorum dei'.

Wormacia civ., 2 non. apr. a. 20, ind. 11.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boica 28ᵃ, 23 n° 15. — Neugart 2, 6 n° 806. — Böhmer 438 ad 833.

833, 1 iun.

314* L., Hucberto ambasciante, monasterio Corbagiensi ab ipso in Saxonia ad honorem s. Stephani fundato, quia haec regio locum mercationis non habet, publicam suae auctoritatis monetam omnemque eius reditum concedit. — ‚Omnibus... notum esse volumus quomodo'.

Wormacia civ., kal. iun. a. 20, ind. 11.

Autogr. in arch. Monasteriensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 13. — Fürstenberg 131 = Le Cointe 8, 247. — Schaten 1, 91. — Erhard 1, cod. 8 n° 8. — Bréquigny ad 833. — Böhmer 439 ad 833.

833, 8 iun.

315 L., ambasciante Hucberto, monasterio Novae-Corbeiae ab ipso in ducatu Saxoniae ad honorem s. Stephani fundato, cui Warinus abbas praeest, omne ius suum in sale quod super Wisaram in pago Logni in ducatu Budinisvelt est, concedit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

...civ., 6 id. iun. a. 20, ind. 11.

Autogr. in arch. Monasteriensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 14. — Erhard 1, cod. 9 n° 9. — Schaten 1, 92. — Lünig 18, 62 n° 6. — Bréquigny ad 833.

833, 10 iun.

316* L., ambasciante Fulcone, ob petitionem Sulpicii abbatis qui sibi immunitatem Karoli sanciendam obtulit, monasterium s. Columbae, in quo eiusdem et s. Lupi corpora humata sunt, atque omnes monasterii res e more antecessorum in tuitionis suae atque

Digitized by Google

immunitatis defensionem suscipit eique, pariter ac Karolus fecit, villas Cersiacum et Grandem-campum a Lothario et Dagoberto regibus concessas denuo perpetuo possidendas confirmat. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

Wormatia civ., 4 id. iun. a. 20, ind. 11.

Bouquet 6, 590 n° 186 ex autogr. — Gallia christ. 12, instr. 6 n° 4. — Cartul. de l'Yonne 1, 44 n° 22 ex copia recenti. — Specimen script. in Nouv. traité de dipl. planche 95. — Bréquigny ad 833. — Böhmer 440 ad 833.

[830—833.]

317* L. ex relatione Warini abbatis monasterii iussu suo ab Adalardo in Saxonia constructi edoctus, comites quosdam praeceptum imperatorium monasterio concessum infringere, cum homines eius liberos et latos in hostem ire cogant et iudiciario more distringant, per litteras Baderadum episcopum et missum id agere iubet, ut praeceptum monasterio indultum coram comitibus recitetur et in posterum observetur. — ‚Baderado ... nosse te non dubitamus'.

S. a. d. l.

Exemplar in arch. Monasteriensi.
Ex exemplari: Wilmans 1, n° 9. — Erhard 1, cod. 7 n° 6 ad 826 — 840. — Schaten 1, 78 c. a. 824 = Bouquet 6, 337 n° 4. — Falke 733 n° 1 ad 826—840. — Bréquigny ad 824.

[831—833.]

318* L. populum Emeritanum, quem comperit ab Abdirhaman rege non minus quam antea a patre eius Abolaz opprimi, hortatur ut in defendenda libertate perseveret, eique promittit, se proxima aestate exercitum suum in marcam adversus regem missurum esse et, si Emeritani sese a rege ad imperatorem convertere velint, eis concessurum ut antiqua libertate et legibus propriis utantur et a censu immunes vivant. — ‚Omnibus primatibus... audivimus tribulationem vestram'.

S. a. d. l.

Libellus epist. Einhardi in cod. Paris. lat. 11379 saec. 9.
Teulet Einhardi opera (Paris 1840 in 8°) 2, 66 n° 39 ex hoc cod. ad 828. — Duchesne script. 2, 704 = Bouquet 6, 379 n° 39 ad 826. — Bréquigny ad 826.

834, 15 mai.

319 L. monasterio Novae-Corbeiae, cui Werinus rector praeest, villas iuris sui Sulbichi et Helmion in Agrariis sitas delegat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Digitized by Google

Aquisgrani pal. reg., id. mai. a. 21, ind. 12.

Autogr. in arch. Monasteriensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 15. — Erhard 1, cod. 9 n° 10. — Falke 277. — Schaten 1, 95. — Origines Guelf. 5, 4, cum ectypo. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 442 ad 834.

834, 3 iul.

320* L., petente filio suo Hludowico et ambasciante Hilduino, ut imperator monasterium Campidonam vel Tattonem abbatem in suum mundeburdum et defensionem suscipiat atque monasterium a publicis functionibus immune reddat, decernit ut nemo a monasterii dona annua nec ulla servitia parti publicae praestanda requirat ut abbates eorumque tributarii ab hostili expeditione liberi sint, nobiliores vero personae ex rebus monasterii beneficia habentes sicut reliqui beneficiati in hostem ire cogantur. — ‚Si locis deo licatis quiddam honoris'.

Aquisgrani pal. reg., 5 non. iul. a. 21, ind. 12.

Autogr. in arch. Monacensi.

Ex autographo: Mon. Boica 28ª, 26 n° 17. — Rassler app. 26. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 444 ad 834.

834, 20 iul.

321 L. ob petitionem Marcoardi abbatis et monachorum monasterii s. Salvatoris a Pippino in Harduenna super Prumiam fluvium fundati, per suum praeceptum eis villam Madalbodis pirarium dictam confirmat, quam vasallus suus Batericus, ut patet ex chartis oblatis, videlicet ex auctoritate largitionis imperatoria et ex testamento donationis Baterici, postquam eam ab imperatore iure proprietatis possidendam accepit, cum vitam monasticam eligeret, monasterio delegavit. — ‚Si servorum dei rationabiles petitiones'.

Theodonis villa, 13 kal. aug. a. 21, ind. 12.

Liber aur. Prumiaec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 68 n° 60. — Martène ampl. coll. 1, 90. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 445 ad 834.

834, 19 aug.

322 L. ob petitionem Aderici Lingonicae urbis episcopi, qui in episcopio sibi ab imperatore commisso normam canonicorum restituerat et usibus canonicorum curtem s. Gregorii, villas Marciliacum et Hurbaniacum aliasque res hic enumeratas tribuerat, ordinationem ab eo hac de re facta sua auctoritate corroborat et sancit. — ‚Si sacerdotum ac servorum dei iustis'.

Digitized by Google

Lingonis civitate, 14 kal. sept. a. 21, ind. 12.

Autogr. in arch. Calmontensi.

Gallia christ. 4, instr. 130 n° 6 ex autogr. = Bouquet 6, 595 n° 192. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 446 ad 834.

834, 20 nov.

323 L. fideli suo Adalberto res quas in pago Wormaciensi et Cunigessunteri huc usque iure beneficiario possedit, scilicet mansum indominicatum in villa Horagaheim et dimidium mansum in Waldorfa villa, in proprium concedit easque de suo iure sollenni more in eius potestatem transfert. — ‚Imperialis celsitudinis moris est fideles'.

Attiniaco pal. reg., 12 kal. dec. a. 21, ind. 12.

Rassler app. 31 ex autogr. — Ioannis 441. — Böhmer 447 ad 834.

834, 27 nov.

324* L., petente Conwoion abbate et interveniente fideli suo Nominoe, monasterio a Conwoion in pago Broweroch in loco Bain ad honorem d. Iesu constructo plebem Bain et locellam Lantdegon tradit. — ‚Si illius amore cuius munere'.

Attiniaco pal. reg., 5 kal. dec. a. 21, ind. 13.

Copia veteris chartul. Roton. in cod. biblioth. Paris. Blancs-Manteaux 46.

Lobineau 2, 29 ex vet. chartul. = Morice 1, 270 = Bouquet 6, 597 n° 194 = Cartul. de Redon 355 n° 6. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 448 ad 834.

834, 2 dec.

325* L. ob petitionem Wimeri episcopi ecclesiam Gerundensem et omnes res ei a Karolo aut ab aliis collatas, quae hic enumerantur, in tuitionem suam atque immunitatis defensionem suscipit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Attiniaco pal. reg., 4 non. dec. a. 21, ind. 12.

Marca 772 n° 9 ex arch. ecclesiae. — España sagrada 43, 375 ex duobus chartulariis. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 449 ad 834.

834, 7 dec.

326 L., petente Warino abbate, monasterio Novae-Corbeiae cellam iuris sui Meppiam vocatam in pago Agredingo donat. — ‚Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis'.

Blanciaco, 7 id. dec. a. 21, ind. 12.

Chartularia Corbei. saec. 10 et 17 in arch. Monasteriensi.

Schaten 1, 97 ex autographo = Lünig 18, 63 n° 8. — Falke 356 ex autogr. — Wilmans 1, n° 16 ex chartul. — Bréquigny ad 834. — Böhmer 450 ad 834.

Digitized by Google

835, 4 ian.

327* L., petente Hildigyso monasterii regii Duserensis abbate, qui metuit ut monasterio villam Mastecem in Tricastrinensi pago sitam, quam Warnarius quondam comes ex parte cum uxore ingenua Hildisnota, ex parte cum altera uxore Beltildi ancilla regia adquisiverat et postea monasterio contulerat, propter connexionem Beltildis quiete possidere liceat, hanc villam perpetualiter in potestate et dominatione monasterii manere iubet. — ‚Cum locis deo dicatis in quibuscumque'.

Theodonis villa pal. reg., 2 non. ian. a. 22, ind. 13.

Chifflet preuves 262 ex autogr. ad 837 = Le Cointe 8, 351 ad 835 = Bouquet 6, 598 n° 197. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 452 ad 835.

835, 25 mai.

328 L. Prumiae monasterio, cui Marchohardus abbas praeest, omnes iuris sui res in Albulfi villa, in Gowirkhesheim et in Stetin in pago Wormacinsi sitas in proprium concedit. — ‚Si liberalitatis nostrae munere locis'.

Albulfi villa pal. reg., 8 kal. iun. a. 22, ind. 13.

Liber aur. Prum. saec. 12 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 69 n° 61. — Martène ampl. coll. 1, 93 = Bertholet 2, preuves 56 ad 836 = Hontheim 1, 178 n° 78 ad 835. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 453 ad 835.

[834—835, iun.]

329 L. Aldrico episcopo nunciat se, cum per eius missum comperisset, res a Ghermundo, Vulfardo, Berchado, Bodone aliisque vassallis suis beneficii nomine possessas olim per precarias ab episcopio alienatas esse, Helisacharo misso praecepisse, ut has res ecclesiae consignet et Aldrico legitimam de eis vestituram faciat. — ‚Aldrico... noverit tua industria'.

S. a. d. l.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscell. 3, 165 ex gestis = Bouquet 6, 347 n° 11 ad 835. — Bréquigny ad 835.

835, 24 iun.

330* L. ad quem Aldricus Cenomanicae urbis episcopus retulit, res quasdam iuri sedis suae subtractas et in publicum redactas esse et a Ghermundo, Berthado, Vulfardo, Bodone aliisque imperatoris vassallis beneficii nomine possideri, ab Helisacharo abbate et Widone comite ad hanc rem investigandam missis edoctus beneficia illorum non ad publicum sed ad ius ecclesiae pertinere,

Digitized by Google

decernit ut omnia haec beneficia ecclesiae reddantur et in perpetuum ab episcopis quieto ordine possideantur. — ‚Si precibus sacerdotum quando pro suis'.

Stramiaco super Rhodanum, 8 kal. iul. a. 22, ind. 13.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscell. 3, 166 ex gestis = Le Cointe 8, 378 = Bouquet 6, 599 n° 199. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 454 ad 835.

835, 21 iul.

331* L. cui Ermenaldus Anianae monasterii abbas praeceptum de advocatione priori abbati Benedicto concessum obtulit, petens ut, cum advocatus mortuus sit, advocationis cura Maurino imperatoris vassallo committatur, hunc advocatum constituit et iubet ut, quicquid Maurinus eiusque successores secundum legem quaesierint aut defenderint, ratum sit, ut de rebus monasterii utpote imperatoris propriis nulli nisi suae partis idonei testes recipiantur, ut si mancipia fugitiva secundum legem Romanam se tricennio defenderint, advocati autem idonea testimonia adversus eos dederint, de iis secundum legis Romanae sanctionem decernatur; postremum concedit ut Maurinus ob iniunctam ei advocationem ab omni publico servitio immunis sit utque ei liceat in minoribus monasterii causis alium mittere advocatum. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

Stremiaco villa, 12 kal. aug. a. 22, ind. 13.

Chartularium Anian. in arch. Monspeliensi.

Bouquet 6, 600 n° 200 ex schedis bibl. s. Germani. — D'Achery opera Guiberti 647 ex chartul. = Le Cointe 8, 379. — Vaissete 1, preuves 67 n° 48 ex chartul. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 455 ad 835.

835, 27 iul.

332 L., postquam Garino comiti regimen monasterii s. Marcelli in vico Hubiliaco constructi commisit, ob eius petitionem canonicis monasterii res ad eorum necessitates procurandas a Garino atque prioribus abbatibus collatas, villam scilicet Floriacum in pago Magnimontensi et XII mansos in pago Cabilonensi in loco Boseronti sitos confirmat. — ‚Si fidelium nostrorum iustis'.

6 kal. aug. a. 22; s. l.

Copia saec. 18 ex chartul. in cod. bibl. Paris. Bouhier 37.

Bouquet 6, 601 n° 201 ex schedis Mabillonii. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 456 ad 835.

835, 29 iul.

333 L. ob petitionem Christiani abbatis monachis monasterii s. Germani in suburbio Autissiodorensium constructi, cum praeceptum

Digitized by Google

liberae electionis priori abbati Deusdedit factum amiserint, denuo per hos apices licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si petitionibus servorum dei iustis'.

Luco villa, 4 kal. aug. a. 22, ind. 13.

Chartul. saec. 12 in biblioth. Autissiodorensi.

Cartulaire de l'Yonne 1, 46 n° 23 ex hoc chartul. — Mabillon acta ss. 6, 585 ex chartul. = Le Cointe 8, 392 = Tentzel app. 28 = Bouquet 6, 602 n° 202. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 457 ad 835.

835, 13 aug.

334* L. qui iam temporibus Fridogisi abbatis monasterium Sithiu in pago Tervannensi in honorem b. Virginis et ss. Petri et Pauli constructum, in quo bb. Audomari et Bertini corpora requiescunt, sub suo mundeburdo atque immunitatis defensione esse iussit, suggerente fratre suo Hugone sacri palatii archinotario, qui nunc abbas est, anteriorem auctoritatem renovans monasterium iterum in immunitatis suae defensionem suscipit atque homines eius a fodro solvendo liberat simulque praecipit, ut res monasterii nunquam dividantur aut in alios usus convertantur. — ‚Si preces fidelium nostrorum devote nobis famulantium'.

Aquisgrani pal. reg., id. aug. a. 22, ind. 10.

Copia chartul. Folquini saec. 12 in bibl. Bononiensi.

Cartul. de S. Bertin 82 n° 2 ex eadem copia. — Mabillon dipl. 613 n° 201 ex chartul. autogr. Folquini = Tentzel app. 30 = Bouquet 6, 602 n° 203. — Bréquigny ad 835.

835, 24 aug.

335* L. ad quem Boso abbas monasterii s. Benedicti in pago Aurelianensi constructi retulit, mortuo Pippino quondam rege qui monasterio Suncampum villam iuris sui et a Gislehario vasallo iure beneficiario possessam delegasset, certas res ad ipsam villam legitime traditam pertinentes a Gislehario esse occupatas ideoque deinceps e iure monasterii esse elapsas, ex relatione Ionae Aurelianensis episcopi et Hugonis comitis ad hanc causam investigandam missorum atque ex inspecto Pippini praecepto edoctus has res monasterio iniuste esse abstractas, eas, videlicet villas Mairulfi, Sigini, Haderbaldi, Enveri, Catonis, Frodonis, rectori monachisque reddit et perpetuo possidendas confirmat. — ‚Cum petitionibus servorum dei quas auribus'.

Cirsiaco pal. reg., 8 kal. sept. a. 22, ind. 13.

Bouquet 6, 604 n° 204 ex schedis Cl. Estiennot. — Labbe éloges hist. 460. — Mabillon dipl. 522 n° 77 ex schedis A. d'Hérouval = Tentzel app. 32. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 458 ad 835.

Digitized by Google

835, 10 sept.

336 L. ob petitionem Marcwardi Prumiae monasterii abbatis per suum praeceptum oblatas sibi commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas abbas permittente imperatore Heberario et Hebrardo fratribus dedit, quicquid monasterium in pagis Andegavensi et Rothminsi in locis Hulmontillo, Carnariis, Bosco, Tillo dictis habuit, et invicem ab eis ad partem monasterii res accepit quas fratres in pago Nawinsi in Roccesheim et Husfileidesheim, in pago Wormacinsi in Haskmundesheim, Dionenheim, Rodulfisheim, Harvesheim, Batenheim possederunt. — ‚Si enim ea quae fideles imperii'.

Prumia monasterio, 4 id. sept. a. 22, ind. 13.

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.
Ex hoc libro: Beyer 1, 71 n° 63. — Martène ampl. coll. 1, 94. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 459 ad 835.

835, 16 nov.

337* L. ob suggestionem Aldrici Saenonicae urbis archiepiscopi per suam auctoritatem confirmat oblatum sibi privilegium ab Aldrico una cum episcopis in Wangionum urbe congregatis concessum monasterio, quod in episcopio Senonico iuxta muros civitatis in honorem s. Remegii constructum, nuper in locum aptiorem Valliculas dictum et a Hrotlao Meginarii comitis uxore delegatum translatum est. — ‚Si enim quod ad servorum dei quietem'.

Aquisgrani pal. reg., 16 kal. dec. a. 22, ind. 13.

Autogr. in biblioth. Senonica.
Bouquet 6, 605 n° 206 ex autogr. — D'Achery spicil. 2, 584. — Cartul. de l'Yonne 1, 47 n° 24 ex copia saec. 16. — Bréquigny ad 835. — Böhmer 460 ad 835.

[835.]

338 L. ob venerationem s. Dionysii, cuius beneficiis antecessores et maiores imperatoris gavisi sint et in cuius basilica ipse Ludowicus in regni solium restitutus sit, Hilduinum abbatem monasterii s. Dionysii admonet, ut quicquid de hoc sancto in codicibus cum Graecis tum Latinis vel in chartis Parisiacae ecclesiae exstet, colligat et in unum corpus lingua Latina redigat, et ut revelationem a b. papa Stephano in eadem ecclesia acceptam et deinde dictatam simulque gesta revelationi illi annexa et hymnos de sancto altero volumine subiungat. — ‚Hilduino... quantum muneris atque praesidii'.

Digitized by Google

S. a. d. l.

Cod. Oxford. Bodleianus 1276 saec. 9.

Acta ss. edid. Surius (Coloniae 1576 in f°) 5, 716 = Le Cointe 8, 393 = Dubois 1, 363 = Bouquet 6, 347 n° 12. — Bréquigny ad 835.

[816—835.]

339 L. praecipit ne quis monasterium s. Germani Autisiodorensis impediat, quominus aquaeductu a Deusdedit abbate constructo utatur eumque ubi opus sit emendet. — ‚Notum sit omnibus... quod Deusdedit'.

S. a. d. l.

Collectio formul. in cod. bibl. Paris. lat. 2718 saec. 9.

Ex hoc codice: Rozière 1, 149 n° 120. — Carpentier 38 n° 16 = Bouquet 6, 641 n° 16. — Bréquigny pag. 201.

836, 8 ian.

340 L. ad quem frater Drogo archiepiscopus et sacri palatii archicapellanus nec non Rataldus episcopus retulerunt, Verendarium Curiae episcopum, cum ob fidelitatem imperatori conservatam honoribus privatus et in exilium trusus esset, praeceptum donationis Karoli amisisse et nullam auctoritatem de rebus a Karolo collatis, scilicet de capella in Scletcistata et de aliis Helisacensis pagi rebus habere, imperator, ambasciante Drogone, Verendario hoc praeceptum fieri iubet per quod ipse et posteriores rectores illas res quiete possideant. — ‚Notum sit igitur cunctis... quia dilectus'.

Aquisgrani pal. reg., 6 id. ian. a. 22, ind. 14.

Autogr. interpolatum in arch. monast. s. Pauli in Karinthia, et apogr. interpolatum, quod editores autographum esse putabant, in arch. Curiensi.

S. Galler Mittheil. zur vaterl. Geschichte (S. Gallen 1865) Heft 3, 5 ex autogr. — Schöpflin 1, 77 n° 96 ex copiis recentioribus bibl. Tigur. — Mohr 1, 36 n° 22 ex apogr. Curiensi. — Grandidier 2, preuves 203 n° 109 ex eodem apogr. — Ectypon in Monum. graph. medii aevi edid. Sickel fasc. 9, tab. 1. — Böhmer 461 ad 836.

836, 10 ian.

341 L. Hruotberto fideli suo certas sui iuris res in ducatu Ribuariensi in villis Wistrikisheim et Cranheim sitas, videlicet mansum indominicatum et septem alios mansos cum tribus vinitoribus et LVIII mancipiis, in proprium concedit. — ‚Imperialis excellentiae magnitudinem decet'.

Aquisgrani pal. reg., 4 id. ian. a. 22, ind. 14.

Liber aur. Prum. saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Beyer 1, 72 n° 64. — Martène ampl. coll. 1, 95. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 462 ad 836.

Digitized by Google

836, 4 febr.

342 L., ambasciante Drogone, monasterio s. Bonifacii Fuldensi, cuius abbas Rabanus per fratres ad imperatorem directos eundem certiorem fecit monachos maximam vestimentorum pati penuriam, hac sua auctoritate concedit, ut eorum negotiatoribus per totum imperium sine cuiuslibet telonei exactione negotium exercere liceat. — ‚Cum petitionibus servorum dei rationabilibus'.

Aquisgrani pal. reg., 2 non. febr. a. 23, ind. 14.

Autographum in arch. Fuldensi.

Dronke 216 n° 489 ex aut. — Rassler app. 32 ex aut. — Schannat hist. 2, 116 n° 16. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 463 ad 836.

836, 5 mart.

343* L. ob petitionem [Fulmonis] ecclesiae Elenensis episcopi, eiusdem sedem [cum possessionibus quae enumerantur] sub tuitionem suam atque immunitatis defensionem constituit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 3 non. mart. a. 23, ind. 13.

Charta interpolata.

Marca 773 n° 10 ex chartul. = Bouquet 6, 606 n° 209. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 464 ad 836.

836, 22 mart.

344* L. ad quem Aldricus Cenomanicae urbis episcopus retulit, monasterium s. Mariae et s. Petri extra muros urbis ab Innocente quondam episcopo in rebus et ex rebus episcopii constructum ex aliquo tempore iuri sedis suae subtractum esse, inspectis chartis sibi ostensis per quas rem ita se habere comprobatum est, monasterium episcopo eiusque successoribus in perpetuum possidendum reddit. — ‚Si sacerdotum servorumque dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. apr. a. 23, ind. 14.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscellanea 3, 36 ex gestis = Le Cointe 8, 424 = Bouquet 6, 608 n° 211. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 466 ad 836.

836, 22 mart.

345* L., referente Aldrico Cenomanicae urbis episcopo, antecessores suos Merolum et Gauzciolenum et alios secundum praecepta Theoderici, Pipini, Karoli monetam publicam in praedicta urbe habuisse, quae non per prohibitionem regum sive missorum sed tantummodo per vastationem et indigentiam ecclesiae dimissa sit, et offerente episcopo praecepta illorum regum quae, inspectis eorum signis et sigillis, vera esse cognita sunt, praecipit ut publica

Digitized by Google

moneta episcopo eiusque successoribus sine ulla iudiciariae potestatis contradictione permaneat, addito tamen ut episcopi caveant, ne qua falsa fiant. — ‚Si sacerdotum servorumque dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. apr. a. 23, ind. 14.

Charta dubiae fidei gestis Aldrici inserta in cod. bibl. Cenom. saec. 9. Corvaisier hist. des evesques du Mans (Paris 1648 in 4°) 293 ex parvo chartul. capituli s. Iuliani = Le Cointe 8, 425. — Baluze miscell. 3, 99 ex gestis = Bouquet 6, 609 n° 212. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 467 ad 836.

836, 23 mart.

346* L., petente Aldrico episcopo, oblatas sibi Francorum regum auctoritates confirmans monasterium eius extra muros urbis in honorem s. Mariae, s. Petri aliorumque ss. constructum in sua immunitate et defensione persistere iubet, adiungens ut qui hanc praeceptionem violaverint, poena D C solidorum multentur. — ‚Si sacerdotum servorumque dei iustis'.

Aquisgrani pal. reg., 10 kal. apr. a. 23, ind. 4.

Charta dubiae fidei gestis Aldrici inserta in cod. bibl. Cenom. saec. 9. Baluze miscell. 3, 94 ex gestis = Le Cointe 8, 427 = Bouquet 6, 610 n° 213. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 468 ad 836.

836, 2 apr.

347* L. monasterio s. Columbae prope urbem Senonensem, cui, cum malo dolo per aliquod tempus Senonicae ecclesiae subditum fuisset, suam ipsius dominationem et propriorum abbatum regimen restituerat, ob petitionem Sulpicii abbatis per praeceptum concedit, ut deinceps nulli episcopo subiectum neve servitium neve obsequium cuiquam debeat, resque nominatim perscriptas, quas Benedictus abbas, cum ad emendandum ordinem monasticum per imperii monasteria missus esset, consentiente Iacob canonico s. Columbae abbate, segregaverat ut ab omni regali vel publico servitio et ab omni exactione abbatum liberae usibus fratrum deserviant, iis sine ulla diminutione possidendas confirmat; decernit denique ut ex communibus monasterii rebus tecta reficiantur. — ‚Notum esse volumus cunctis... quia olim dum monasticum'.

Aquisgrani pal. reg., 4 non. apr. a. 23, ind. 13.

Copia saec. 17 ex vet. chartulario in cod. bibl. arsenalis Paris. hist. lat. 102.

Baluze opera Servati Lupi (Parisiis 1664 in 8°) 505 ex schedis bibl. s. Germani = Le Cointe 8, 428. — Bouquet 6, 610 n° 214 ex schedis eiusdem bibl. = Cartul. de l'Yonne 1, 49 n° 25. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 469 ad 836.

Digitized by Google

836, 24 aug.

348 L., Adalaardo siniscalco ambasciante, fideli suo Fulberto res proprietatis suae in confinio Cavilonensi et Atoariensi et in centena Oscarensi in Aziriaca villa sitas, quas Fulbertus huc usque beneficiario iure possedit, id est mansum indominicatum cum mansis ad eum pertinentibus in proprietatem concedit. — ‚Imperialis excellentie magnitudinem decet'.

Rampert villa, 9 kal. sept. a. 23, ind. 14.

Autogr. in arch. Divionensi.

Perard 19 ex autogr. = Bouquet 6, 611 n° 215. — Bréquigny ad 836. — Böhmer 470 ad 836.

837, 9 mart.

349 L. cui Iudith augusta immunitatem a Karolo monasterio Hohenburg concessam sanciendam obtulit, hoc monasterium b. Mariae et b. Petro dedicatum in sua defensione atque immunitatis tuitione consistere iubet. — ‚Cum locis deo dicatis in quibuscumque'.

Aquisgrani pal. reg., 7 id. mart. a. 24, ind. 15.

Apogr. saec. 12 in arch. Argentinensi.

Ex apographo: Grandidier 2, preuves 208 n° 111. — Gallia christ. 5, instr. 463 n° 6. — Schöpflin 1, 78 n° 97. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 471 ad 837.

837, 15 iun.

350* L., petente Aldrico Cenomanicae urbis episcopo qui in sua parochia in loco Broialo monasterium ad honorem Salvatoris, s. Mariae, bb. Gervasii, Prothasii, Stephani aliorumque ss. construxit, ex rebus sedis episcopalis dotavit atque constitutionis privilegio exornavit, hoc privilegium sibi oblatum per suam auctoritatem confirmat et sancit, ut monachis ex semet ipsis abbatem ex consensu praesulum eligere liceat. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia venerabilis'.

Gundulfi villa, 17 kal. iul. a. 23, ind. 15.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.

Baluze miscell. 3, 80 ex gestis = Le Cointe 8, 492 = Bouquet 6, 612 n° 217. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 473 ad 837.

837, 16 iun.

351 L. per apices suos Audachro rectori datos vel cellae s. Pauli rustico nomine Cormarico dictae, quam Itherius quondam abbas monasterii s. Martini in propriis rebus construxit et s. Martino delegavit, villam Cusciacum de iure monasterii s. Martini in ius et dominationem cellae s. Pauli transfert, ut deinceps fabricae s.

Digitized by Google

Pauli usibusque monachorum ibi constitutis deserviat. — ‚Si servorum dei eorumque necessitatibus'.

Teodonis villa pal. reg., 16 kal. iul. a. 24, ind. 15.

Autogr. in arch. Turonensi.
Bourassé 24 n° 11 ex autogr. — Martène thes. anecd. 1, 28 ex arch. monasterii ad 838 = Bouquet 6, 613 n° 218 ad 837. — Gallia christ. 14, instr. 25 n° 19 ex schedis Baluz. ad 838. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 474 ad 837.

837, 18 iun.

352* L., petente Aldrico Cenomanicae urbis episcopo qui, cum primordiis ordinationis suae canonici ecclesiae sibi commissae nec canonice neque in claustro viverent, eis ex domibus episcopalibus habitacula idonea attribuerat, eorum ordinem constituerat simulque per testamentum sua atque aliorum episcoporum manibus roboratum ad refectionem in diebus dedicationum iis praebendam villam Buxarias delegaverat, hanc eius ordinationem ratam esse iubet et ne quisquam futurorum episcoporum eam immutet neve praedictam villam usibus canonicorum distrahat, decernit. — ‚Omnibus sanctae dei ecclesiae... notum sit quia'.

Theodonis villa pal. reg., 14 kal. iul. a. 23, ind. 15.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 70 ex gestis = Le Cointe 8, 492 = Bouquet 6, 614 n° 219. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 475 ad 837.

[837] 30 aug.

353 L., petente Conwoion abbate et interveniente fideli suo Nominoe, monasterio a Conwoion in pago Broweroch in loco Bain ad honorem d. Iesu constructo plebem Rannac, plebiculam Ardon et locellum Plaz tradit. — ‚Si illius amore cuius munere'.

Karisiaco pal. reg., 3 kal. sept. a. 23, ind. 15.

Copia veteris chartul. Rotonensis in cod. bibl. Paris. Blancs-Manteaux 46. Cartul. de Redon 357 n° 9 ex copia ad 836. — Lobineau 2, 30 ex vet. chartul. ad 836 = Morice 1, 271 = Bouquet 6, 612 n° 216. — Bréquigny ad 836.

837, 19 oct.

354 L. qui rex in Aquitania constitutus Benedicto abbati vel monasterio Aniano in honorem Salvatoris, s. Mariae, ss. Petri et Pauli et Michaelis constructo Curcionatem villam in pago Lutevensi sitam beneficiavit et per auctoritatem suam delegavit, ob petitionem Ermenaldi praesentis abbatis ei denuo suam auctoritatem conce-

Digitized by Google

dit, per quam sancit ut diebus vitae suae praedicta villa munere beneficiario in dominatione atque gubernatione monasterii persistat. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia olim'.

Aquisgrani pal. reg., 14 kal. nov. a. 24, ind. 15.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.
Vaissete 1, preuves 70 n° 51 ex chartul. = Gallia christ. 6, instr. 344 n° 4 ad 838. — Bouquet 6, 615 n° 220 ex tabul. Anian. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 476 ad 837.

837, 21 oct.

355* L. monasterio Anianae in pago Magdalonensi in honorem Salvatoris, s. Mariae aliorumque ss. constructo, cui Hermenaldus abbas praeest, ex rebus suis has possessiones tradit atque concedit: in pago Lutovensi cellulam Gellonis a Willelmo comite in causa Karoli constructam et villam Magaranciate et pasturam in Castris et fiscum Curcenatem; in pago Biterrensi fiscum Miliacum cum ecclesia s. Paragorii et cum Miliciano villa et villam Cincianum; in confinibus pagi Rutenici sive Nemausensis alpes Iaullo dictas quas missi Ragambaldus et Fulcoaldus comites monasterio tradiderunt; locum Aurariam ab Ermengarde quondam regina traditum; in pago Magdalonensi Montecalmense castrum cum ecclesia s. Hilarii et omnibus appendiciis, exceptis interiacentibus ingenuorum hominum proprietatibus; res a misso Karoli Leydrath archiepiscopo traditas atque designatas, scilicet Caucinum, Comaiagas, cellulam Sogrado a monachis aedificatam; in Iuviniaco fisco locum Fontem-agricolae sive Novam-cellam cum duobus molinis super Leto fluvium constructis et cum loco Porcarias vocato; in pago Agatensi fiscum Sita dictum; in pago Narbonensi salinas quas missus Leibulfus comes designavit; cellam s. Martini intra muros Arelatensis civitatis constructam cum loco Muneratis in Arausione pago; insulam Rhodani suburbanam quam Leibulfus comes monasterio tradidit; in pago Ucetico cellulam Casam-novam iam pridem per auctoritatem imperatoriam concessam; simul imperator monasterio immunitatem et ius electionis concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Aquisgrani pal. reg., 12 kal. nov. a. 24, ind. 15.

Chartul. Anian. in arch. Monspeliensi.
Ex chartulario: Vaissete 1, preuves 71 n° 52 = Layettes 1, 9 n° 8. — Mabillon acta ss. 5, 212 = Tentzel app. 33 = Bouquet 6, 615 n° 221. — Bréquigny ad 837. — Böhmer 477 ad 837.

Digitized by Google

837, 20 dec.

356 L., fratre suo Drogone archiepiscopo et sacri palatii archicappellano referente et ambasciante pro Hunberto Wirciburgensis ecclesiae episcopo, per suam auctoritatem ratam esse vult et corroborat commutationem inter Karolum imperatorem et Berowelpum Wirciburgensem episcopum factam, quae propter incuriam nulla imperiali auctoritate confirmata erat; continebatur autem in conscriptionibus huius commutationis, Berowelpum ex rebus episcopii sui seu monasterii s. Ciliani ad partem Karoli dedisse basilicam s. Martyni in pago Graffelt cum omnibus rebus quas Karolomannus aut alii ad ecclesiam Wircipurgensem ibidem contulissent, et invicem accepisse, interveniente misso Karoli Hunrogo comite, ex parte fisci res a Guntberto quondam episcopo in villa Filuhonbiunte in pago Badanagavi et in villa Bargilli et in Onoltespah in pago Hrangavi et in pago Tollifelt in locis Fiscpah, Assia, Pontigerna Karolo delegatas nec non res quondam Richberto servo regio in pago Vungardweiba in Burgheim et in Heinwinesbah concessas et postea ab Erenberto quondam episcopo iure beneficiario possessas. — ‚Omnibus fidelibus... notum sit quia dilectus'.

Aquisgrani pal. reg., 13 kal. ian. a. 24, ind. 15.

Autographum in arch. Monacensi.
Mon. Boica 28ª, 31 n° 21 ex aut. — Eckhart 2, 884 n° 9 ex aut. = Ussermann cod. prob. 12 n° 10. — Böhmer 478 ad 837.

838, 22 mart.

357 L., cum Banzlegbus comes et Saxoniae patriae marchio ab eo peteret, ut Lugdunum iuris Cenomanicae ecclesiae villa in pago Cenomanico sita, quam ex largitione imperatoris beneficii titulo possidebat, ne quando a iure ecclesiae alienaretur, ei redderetur, per suam auctoritatem hanc villam Cenomanicae sedis ecclesiae illico reddit et Aldrico episcopo eiusque successoribus in perpetuum possidendam confirmat. — ‚Si fidelium nostrorum iustas'.

Aquisgrani pal. reg., 11 kal. apr. a. 25, ind. 1.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 103 ex gestis = Le Cointe 8, 523 = Tentzel app. 59 = Bouquet 6, 617 n° 222. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 479 ad 838.

[838] 17 apr.

358* L., cum consiliarius eius Adalbertus comes ab eo peteret, ut Bonalla iuris Cenomanicae ecclesiae villa in pago Carmicensi

Digitized by Google

sita, quam ex largitione imperatoris beneficii titulo possidebat, ne quando a iure ecclesiae alienaretur, ei redderetur, per suam auctoritatem hanc villam Cenomanicae sedis ecclesiae illico reddit atque Aldrico episcopo eiusque successoribus in perpetuum possidendam confirmat. — ‚Si fidelium nostrorum iustas'.

Aquisgrani pal. reg., 15 kal. mai. a. 27, ind. 1.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 176 ex gestis = Le Cointe 8, 590 ad 840 = Tentzel app. 65 = Bouquet 6, 618 n° 223 ad 838. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 480 ad 838.

838, 23 apr.

359 L., cum vassallus eius Bavo ab eo peteret, ut Tridens iuris Cenomanicae ecclesiae villa in pago Cenomanico sita, quam ex largitione imperatoris beneficii titulo possidebat, ne quando a iure ecclesiae alienaretur, ei redderetur, per suam auctoritatem hanc villam Cenomanicae sedis ecclesiae illico reddit atque Aldrico episcopo eiusque successoribus in perpetuum possidendam confirmat. — ‚Si fidelium nostrorum iustas.'

Aquisgrani pal. reg., 9 kal. mai. a. 25, ind. 1.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 155 ex gestis = Tentzel app. 60 = Bouquet 6, 619 n° 224. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 481 ad 838.

838, 7 iun.

360 L., ambasciante Adalahardo, monasterio Herivurth in ducatu Saxoniae ad honorem s. Mariae constructo, quod Tetta abbatissa regit, certas sui iuris res et mancipia delegat, scilicet ecclesiam villae Reni in pago Bursibant cum decimis et appendiciis et alteram in villa pagi Scopingi Wateringas dicta et tertiam in villa eiusdem pagi Stochheim. — ‚Si illius amore cuius munere'.

Noviomago pal. reg., 7 id. iun. a. 25, ind. 1.

Autogr. in arch. Monasteriensi.
Ex autographo: Wilmans 1, n° 17. — Erhard 1, cod. 10 n° 11. — Schaten 1, 115 = Lünig 18ᵇ, 120 n° 1. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 482 ad 838.

838, 14 iun.

361 L., filio suo Hludowico referente et Adalardo ambasciante, per suum praeceptum commutationes pari tenore scriptas confirmat, per quas Tatto abbas Campidonae monasterii, permittente imperatore, Waningo comiti res monasterii in locis Plezza, Pazcinhova, Hoorwanc et Sundheim sitas, exceptis tamen marka sil-

Digitized by Google

vae et curtili ab Aldrico monasterio delegatis et exceptis pratis in Gundilenstec et Cuttinwanc, iure proprietario possidendas dedit et invicem a Waningo quicquid hic in villa Reoda et in loco Eitraha ex iure comitatus possedit, accepit. — ‚Si ea quae fideles imperii'.

Noviomago pal. reg., 18 kal. iul. a. 25, ind. 1.

Chartul. saec. 12 inc. in arch. Monacensi.
Ex hoc chartulario: Mon. Boica 31, 81 n° 37. — Rassler app. 27 = Neugart 1, 231 n° 284. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 483 ad 838.

838, 14 iun.

In pal. apud Niomagum oppidum, 18 kal. iul. a. inc. 838, ind. 1: v. act. deperd. Fuldense.

[838.]

362* L. cum comperisset, monachos s. Carilephi ex monasterio egredi ausos ecclesiae ornamenta, vasa, vestimenta, libros secum abstulisse, Ionae episcopo et Henrico abbati praecipit, ut inquisitione continuo instituta operam dent, ut omnes res ecclesiae restituantur. — ‚Ionae venerabili episcopo... notum esse volumus'. S. a. d. l.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 130 ex gestis = Le Cointe 8, 500 ad 837 = Bouquet 6, 350 n° 14 ad 838. — Bréquigny ad 837.

838, 7 sept.

363 L. per suam auctoritatem sancit oblatam sibi ab Aldrico Cenomanicae urbis episcopo dispositionis conscriptionem, per quam episcopus statuit, quomodo res post obitum suum in episcopio inventae distribuantur. — ‚Notum igitur esse volumus... quia Aldricus'.

Carisiaco pal. reg., 7 id. sept. a. 25, ind. 1.

Gesta Aldrici in cod. bibl. Cenom. saec. 9.
Baluze miscell. 3, 93 ex gestis = Le Cointe 8, 495 ad 837 = Bouquet 6, 620 n° 227 ad 838. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 485 ad 838.

838, 7 sept.

364 L., petente Aldrico Cenomanicae urbis episcopo, oblatas sibi regum Francorum auctoritates confirmans, monasterium eius in loco Anisola ad honorem s. Carilephi, cuius corpus ibidem requiescit, constructum in sua immunitate et defensione persistere

Digitized by Google

iubet, adiungens ut qui hanc praeceptionem violaverint, poena DC solidorum multentur. — ‚Si sacerdotum servorumque dei iustis'.

Carisiaco pal. reg., 7 id. sept. a. 25, ind. 1.

Charta suspectae fidei gestis Aldrici inserta in cod. bibl. Cenom. saec. 9. Baluze miscell. 3, 101 ex gestis = Le Cointe 8, 505 ad 837 = Bouquet 6, 622 n° 229 ad 838. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 487 ad 838.

[839] 23 ian.

365* L. fideli suo Odilberto in praemium servitii ab eo praestiti mansum dominicum in villa Huncinchova in pago Durichovia super Murgham fluvium situm in proprium concedit. — ‚Si petitionibus fidelium nostrorum devotae mentis'.

Franconifurd, 10 kal. febr. a. 23, ind. 7.

Exemplar eodem fere tempore conscriptum in arch. Sangallensi. Wartmann 1, 331 n° 357 ex hoc exemplari ad 837.

839, 17 febr.

366 L., cum ob petitionem Rabbani abbatis quasdam res iuris imperatorii Helmerico vassallo in beneficium concessas cum imperatore commutaturi, vassallo suo Pepponi praecepisset, ut cum missis abbatis et convicanis illarum rerum quantitatem et qualitatem inspiceret et sibi inbreviatam notitiam deferret, et cum a Peppone relatum esset rem utilem fore utrique parti, sua auctoritate commutationem confirmat, per quam Rabban de rebus monasterii Helmerico iure beneficiario possidendas IV hobas in ducatu Alamanniae in villis Steinheim et Hamarstat sitas cum III hominibus et XVI mancipiis dedit et invicem ab Helmerico de rebus beneficii eius XVI hobas desertas in Zimbra villa accepit. — ‚Si petitionibus servorum dei quas nostris auribus'.

Franconofurd pal. reg., 13 kal. mart. a. 26, ind. 2.

Autogr. in arch. Fuldensi.
Dronke 230 n° 523 ex aut. — Rassler app. 34 ex aut. = Schannat trad. 176 n° 443, collat. cum aut. = Wirtemb. Urkb. 1, 116 n° 101. — Bréquigny ad 839. — Böhmer 489 ad 839.

839, 22 febr.

367 L., supplicantibus Hebraeis quibusdam Gaudioco et filiis eius Iacobo et Vivacio quos imperatoris frater Hugo abbas et sacri palatii summus notarius ad eum adduxit et auctoritatem imperatoriam ipsis antea concessam amisisse retulit, denuo iis praeceptum scribi iubet et concedit, per quod ipsi eorumque posteri res ex

Digitized by Google

hereditate patrum acceptas et Valerianas sive Bagnilas dictas in posterum quiete possideant. — ‚Licet apostolica lectio maxime domesticis'.

Francofurd pal. reg., 8 kal. mart. a. 26, ind. 2.

Vaissete 1, preuves 75 n° 54 ex arch. Crassensi = Bouquet 6, 624 n° 232. — Bréquigny ad 839. — Böhmer 490 ad 839.

839, 27 febr.

368* L. ob petitionem Rabani Fuldensis monasterii abbatis villas iuris sui Geismaram et Borsaham intra Bokoniam sitas et a Boppone comite iure beneficiario possessas, quas imperatoris filius Ludowicus nulla legitima potestate monasterio tradiderat, abbas autem postea ab imperatore sibi delegari maluit, monasterii fratribus concedit simulque ducentos mansos in pago Graphelt in villis Geltersheim, Urbach, Stocheim, Hagenowa, Ernustesheim et Strewe, quos abbas invicem Bopponi ex rebus monasterii tradiderat, post mortem comitis in usum fratrum redire iubet. — ‚Si locis deo dicatis'.

Franconfurt, 3 kal. mart. ind. 2.

Charta vitiata codicis Eberhardi in arch. Fuldensi.

Dronke 231 n° 524 ex cod. Eberh. — Schannat trad. 177 n° 444 ex eodem cod. — Böhmer 491 ad 839, 26 febr.

839, 18 apr.

369 L., fratre suo Drogone archiepiscopo et summo sacri palatii capellano deprecante, monasterio Campidonae, cui Tatto abbas praeest, Aldricicellam in ducatu Alamanniae in pago Albigoi sitam, Karolo quondam imperatori traditam et huc usque a Ratulfo presbytero et capellano imperatoris ex eius largitione possessam tradit et confirmat, ea tamen condicione ut invicem Ratulfus ex rebus monasterii sex hobas vestitas in loco pagi Keltenstein Hroudoldishova dicto atque Herilescellam in pago Augustgoi sitam diebus vitae suae titulo beneficii possidendas accipiat. — ‚Si locis deo dicatis propter amorem'.

Bodoma reg. pal., 14 kal. mai. a. 26, ind. 2.

Chartul. saec. 12 inc. in arch. Monacensi.

Ex hoc chartulario: Mon. Boica 31, 83 n° 38. — Mabillon analecta 448 = Tentzel app. 109. — Rassler app. 29. — Bréquigny ad 839. — Böhmer 492 ad 839.

839, 21 apr.

370* L., Adalaardo ambasciante, monasterio Sinleozesauvae, cui Walafridus abbas praeest, confert villam fisci sui Potimiaci Tet-

Digitized by Google

tingas dictam, excepta parte silvae cuius termini describuntur, et servitia tributaque Iuncrammi et Folcrati hominum liberorum et duas hobas in Alaholvesbah villa sitas iniuste a iure monasterii abstractas et certas terras eiusdem fisci a liberis hominibus monasterio aut collatas aut venditas. — ‚Si locis deo dicatis quippiam muneris'.

Bodoma pal. reg., 11 kal. mai. a. 26, ind. 2.

Autogr. in arch. Karlsruhiano.
Dümgé 68 n° 3 ex autogr.

839, 23 apr.

371 L., Adalaardo ambasciante, fideli suo Aeckardo res proprietatis suae in pago Wetereiba in locis Stetin, Cavilla et Helidaberga sitas, quas eius pater et ipse beneficiario iure possederunt, id est mansum indominicatum, alios mansos, res, mancipia in proprietatem concedit. — ‚Imperialis excellentiae magnitudinem decet'.

Bodoma pal. reg., 9 kal. mai. a. 26, ind. 2.

Autogr. in arch. Monacensi.
Ex autographo: Eckhart 2, 885 n° 10. — Mon. Boica 28ª, 33 n° 22. — Böhmer 494 ad 839.

839, 20 iun.

372* L., Adalaardo siniscalco ambasciante, monasterio Sindleozesauvae, cui Walafridus abbas praeest, partem census seu tributi sibi singulis annis ex Alamannia persolvendi, scilicet censum centenae Eritgaowae et ministerii Chuonradi comitis, decimam de portione ministerii Rabani comitis, nonam ex fisco Sarbach et nonam tributi ex Brisachgaowe praestandi ea ratione confert, ut pars monasterio concessa eius agentibus detur, antequam summa censuum inter imperatorem et comites dispertiatur. — ‚Notum sit igitur omnibus... quia nos pro cumulo'.

Wormacia civ., 12 kal. iul. a. 26, ind. 2.

Autogr. in arch. Karlsruhiano.
Ex autographo: Wirtemb. Urkb. 1, 117 n° 102. — Kopp pal. crit. 1, 399. — Dümgé 69 n° 4. — Böhmer 495 ad 839.

839, 26 iun.

373 L. qui olim ostiario suo Richardo Villanciam villam in Arduenna sitam in proprium concesserat, deinde vero, cum Richardus partibus Lotharii favens ab imperatore defecisset, res eius fisco addixerat, nunc quoniam Lotharius et qui cum eo steterant ad concordiam cum imperatore redierant, Richardo villam restituit

Digitized by Google

et eodem iure quod ex priori praecepto habuerat possidendam concedit, additque insuper quinque servos ex fiscis Romfelt, Munuherstati et Vindrinio. — ‚Notum igitur esse volumus cunctis... quod olim'.

Wormatia civ., 6 kal. iul. a. 26, ind. 2.

Liber aur. Prumiensis saec. 10 in bibl. Trevirensi.

Ex hoc libro: Martène ampl. coll. 1, 97 = Bouquet 6, 625 n° 235. — Beyer 1, 74 n° 66. — Bréquigny ad 839. — Böhmer 496 ad 839.

839, 7 iul.

374* L., referente fratre suo Hug[gi] abbate et summo sacri palatii notario, per suum praeceptum confirmat commutationem inter Rabanum Fuldensis monasterii abbatem et Bopponem comitem factam atque utrique parti utilem, per quam abbas ex rebus monasterii alteri ad partem comitatus XI mansos cum mancipiis in villa Tharehedinges in pago Waltsatio sitos dedit et invicem ad partem ecclesiae s. Bonifatii a comite ex rebus comitatus portionem silvae in eodem pago in foreste Spehteshart sitae accepit. — ‚Cum peticionibus servorum dei rationabilibus'.

Cruciniaco pal., non. iul. a. 25, ind. 2.

Cod. Eberhardi in arch. Fuldensi.

Dronke 302 n° 655 ex hoc codice: dipl. Ludowici Infantis. — Schannat trad. 225 n° 550 ex chartario ad 910.

839, 8 iul.

375 L., ambasciante Adalaardo, fideli suo Gerulfo certas suae proprietatis res in ducatu Frisiae in pago Westracha in villa Cammingehunderi sitas, quae ei antea concessae propter eius incuriam in fiscum redactae sunt, restituit et denuo in eius potestatem transfundit. — ‚Notum sit igitur... quia ante annos'.

Cruciniaco pal. reg., 8 id. iul. a. 26, ind. 2.

Autogr. in arch. Monasteriensi.

Ex autographo: Wilmans 1, n° 20. — Erhard 1, cod. 11 n° 13. — Schaten 1, 118. — Falke 290. — Bréquigny ad 839. — Böhmer 497 ad 839.

839, 1 sept.

376 L. monasterio Campidonae in honorem s. Mariae et ss. Gordiani et Epimachi constructo, in quo mater imperatoris Hildigarda eorundem ss. corpora collocavit et cui Tatto abbas praeest, licentiam abbatem eligendi concedit. — ‚Si erga loca divinis cultibus mancipata'.

Digitized by Google

Cabalauno civ. pal. reg., kal. sept. a. 26, ind. 2.

Chartul. saec. 12 incip. in arch. Monacensi.
Ex chartulario: Mon. Boica 31, 89 n° 40. — Mabillon analecta 448. — Lünig 18, 169 n° 2. — Bréquigny ad 838. — Böhmer 498 ad 839.

839, 16 nov.

377* L., cum ostiarius atque consiliarius eius Agbertus comes ab eo peteret, ut Calisamen iuris Cenomanicae ecclesiae villa in pago Cenomanico sita, quam ex largitione imperatoris beneficii titulo possidebat, ne quando a iure ecclesiae alienaretur, ei redderetur, per suam auctoritatem hanc villam Cenomanicae sedis ecclesiae illico reddit atque Aldrico eiusque successoribus in perpetuum possidendam confirmat. — ‚Si fidelium nostrorum iustas'.

